

1535



IHS

Archivo de Loyola

Sección 3. Serie 2. N.º 63.

Est. 33.

Plut. 22

la

I. H. S. O. I. C. T. I. O. N. A. R. I. A. M. A. R. I. A. M. A. R. I. A. M. A. R. I. A. M.

hivo de Loye

stante
lúteo } 2



I. H. S.

Dictionarium poeticum.

Lugduni apud Seb. Gryppium.

Año 1585.

(Archivo de Loyola).

Vitrina S $\frac{D}{5}$



Lug

Año 1

DICTIONARIUM
POETICVM,

CVM,

Auctore Fortuna

Elucidarius carminum, vulgò inscriptum.

*De los nombres Proprios ay una copiosa tabla con la
suma de cronos.*

VIRTVT̄ DVCE,



COMITE FORTVNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1535.



A

HERMANNVS TOR
RENTINVS LECTORI



VM permulta quotidie in lucem pro-
deant elegãtia carmina à doctissimis in-
genijs elucubrata, in quibus tamen ali-
qua semper difficultates sunt, quæ ru-
dem maxime lectorem teneant irretitũs
sepe rogatus sum à plerisq; studiosis, ut in hoc aut illud
poëma commentariolum scriberem. Quorum precibus se-
mel atque iterum (quæ mea facilitas, ne dicam temeritas
est) ut potui, satisfeci. Tãdem uerò animaduertens in di-
uersis & multis libris, unum atq; idem sæpius explanan-
dum occurrere: operæpretium duxi fore si in unum li-
bellum redigerentur ea uocabula, quibus poëta frequen-
tius utuntur, hoc est fabulorum deorum, illustrium ho-
minum, prouinciarum, insularum, urbium, fluiuiorum, fon-
tium, & montium nomina: item patronymica quæ ma-
gnam sepe nubem legentibus obijciunt. Hæc igitur mul-
tas poëticas fabulas, multas etiam priscaas historias, quãta
potuimus breuitate per ordinẽ alphabeti collegimus, stu-
diosis lectoribus, quibus aliunde non est adiumentum,
prodesse cupientes. Quod opusculum nostrum, non in
poësi tantum, sed in historijs etiam sanctorũ perutile fu-
turum existimamus: cum hic, uelut in speculo, uidere li-
ceat ubi terrarum sint ea loca in quibus sancti hoës aut
uixerũt, aut mortui sunt. Quæ omnia, ut facilius iuenias,
mice lector, scito quod ortographiam secuti, multa no-
mina quæ initio sonat e, scripsimus per æ uel æ, ut Aegy-
a 2 ptus,





ptus. Oebalia. Multa etiam qua sonāt s, scripta sunt per
 ph, ut Phlegethon, Phaeton, quod aliqui scribunt male
 Phæton, uel Pheton. Debes ergo diligenter, quod scire
 uis, quærere: nec uno tantum loco, sed pluribus: quia for-
 san inter aspirata cōperies, quod alibi quærebas. Ut au-
 tem huic opusculo fides habeatur: nouerint qui legēt id,
 ex multis & probatis autoribus esse collectum, uidelicet
 ex Sallustio, Liuiio, Strabone, Plinio, Iustino, Virgilio,
 Nasone, Perotto, Tortellio: à quo tamen interdum, gra-
 uiori fretus autoritate, desciiui. Ex uarijs etiā poëtarum
 interpretibus aliqua sumpsimus, & ex Græco item uoca-
 bulario fratris Ioannis Castroni Carmelita, quod nē-
 xōs τὰ σοι λέγοι inscribitur. Porro nemo culpet quod fa-
 bulas scripsimus, quæ etiam in sacris libris quādoq; sunt
 necessaria cognitu: quod is demū fatebitur, qui diui Au-
 gustini, diuicq; Hieronymi scripta perlegit. Verum à plu-
 ribus est iam pridē accurate defensa causa poëseos: nec
 tamen unquam defuturus est nequissimus Zoilus,
 omnium eorum qui de literis bene mereri stu-
 dent, impudentissimus calūniator. Chal-
 cographorum si qua erunt er-
 rata, mihi quæso non im-
 putentur. Vale
 lector: Tor-
 ren-
 tinum tui studio-
 sum mutuo amore prosequere.

Abā



Bas rex duodecimus Argiuorum, pater
 ter Præti & Acrisij, & auus Persei,
 qui omnes, ab ipso appellabatur Aba-
 tiatida.

Abas alius fuit Troianus nobilis,
 & comes Aeneæ, Et facit genituum

Abantis.

Abantis, insula quæ etiam Euboia dicitur.

Abantes, populus Euboia insula.

Abātos media curta, insula in finibus Aegypti cir-
 ca Memphim, circumdata est Styge palude. In qua insula
 sepultus fuit Osyris, rex de quo infra.

Abdera, e longa, urbs Thracie: alio nomine post
 dicta Clazomone. Inde Abderites, id est aliquis de Ab-
 dera.

Abydus, y longa, fuit urbs Asia ad Hellepontum
 sita, patria Leādri, de quo infra. Inde Abydæus uel Aby-
 denus.

Abyla est altus mons Mauritania ad mare quod
 Africam separat ab Europa.

Abyle uero oppositus est mōs Calpæ, in Hispania.
 Et hi montes uocantur Columnæ Herculis.

Aborigines erant antiquissima gens per Italianam
 sparsa, quæ tandem cum Troianis Romam condiderūt,
 ut ait Sallustius.

Abfyrtus filius Oētæ regis Colchorum alio nomi-
 ne Aegialeus, quem soror eius Medea, sequens Iasonē,
 lacerauit, ut sic retardaret patrem uolentē eā retrahere

a 3 à fu

à fuga: unde locus ille dictus est Tomos, id est, incisio.
Academia fuit locus nemorosus mille passibus distans ab Athenis, & ab Academo quondam Heroe denominatus. In hoc loco fuit uilla, ubi Plato natus & philosophatus est. Vnde Academici philosophi dicti sunt, qui Platonem sequebantur. Erant etiam noui Academici, qui nihil affirmabant, & nihil sciri posse asserbant. Item Academia fuit etiam uilla M. Tullij in Campania iuxta Puteolos.

Acanthus fuit puer regius conuersus in arborem. Est etiam spina Aegyptia semper frondens.

Acarnania est regio, & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Aetolia separat, hinc

Acarnanus, id est, aliquis de illa prouincia.

Accaron urbs Palestinae in Iudaea.

Achaia est ampla regio Graeciae & pene insula, nam Aegeo & Ionio mari cingitur, praeter exiguam partem. In uno sine quo duo maria praedicta conueniunt, sita fuit Corinthus, urbs olim ditissima, eadem regio etiam dicta est Peloponnesus, & Danaa. Nunc uulgo Morea uocatur.

Achaeus & Achivus est aliquis de Achaia uel Graecus.

Achamenes penultima breuiata, fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes descenderunt, usque ad Darium, & uocati sunt Achamenidae.

Achamenius, id est, Persicus uel Parthicus. Lucanus, Passus Achamenius longe decurrere campis. Ab Achamene rege.

Achates fluius Siciliae, & lapis apud illum fluium

uium primo repertus. Item secundum Virgilium fuit comes Aeneae.

Aceles rex Siciliae filius Crimissij fluminis & Segeste Troiana.

Achelous fluius Oceani & Tethyos, cum Hercule duello certauit pro Deianira filia Oenei regis Calydoniae. Sed uidens Herculem fortiolem, se uertit primo in serpentem, deinde in taurum, cui Hercules amputauit cornu, quod Copiae comiti fortunae datum est. Tunc uictus Achelous se occultauit in fluuiio, qui ab eo denominatus est. Nam reuera Achelous est fluuius Graeciae qui oritur in monte Pindo & Aetolia ab Acarnania diuidens, tandem in Maliacum mare descendit.

Acheron dicitur à poetis fluius inferorum, quasi sine gaudio. Item secundum Plinium est fluuius Lucaniae. Seruius autem scribit esse locum in Campania, montibus septum, ubi necromantia exercebatur.

Acherusia palus iuxta Cumas, oriens ex Acheronte. Item Lacus Thesprotiae in Epiro: ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambratium sinum defertur.

Acidalia dicitur Venus ab Acidalio fonte Boeotiae qui sacratus fuit Gratij & Veneri.

Acontius iuuenis ex insula Caea, profectus in Delum ad sacra Dianae, exarsit in amore Cydippes puellae nobilis. Vnde nouam fraudem commentus, scripsit in poemo hos uersus. Iuro tibi sane per mystica sacra Dianae, Me tibi uenturam comitem sponsamque futuram. Hoc poemum Acontius iccit in sinum Cydippes. Quae uersus legens iurauit imprudens, & illi nubere, etiam morbo

coacta est.

Achilles uel **Achilleus** heros Græcorū fortissimus, filius Pelei regis Thessaliæ & Thetidis filia Chironis. Occisus tandem fraudulenter à Paride apud Troiam in templo Apollinis quò uenerat sub inducijs, ut duceret Polyxenam filiã Priami. Fuit autem inuulnerabilis præterquam in parte pedis, qua Thetis eum puerum tenuit, dum eius rei gratia ipsum aqua stygia immerfit: sepultus fuit in Sygeo promontorio Troiæ.

Acmonides unus Cyclopum. uide Brontes.

Acrisius rex Argiuorū filius Abantis, qui cū haberet unicã filiam nomine Danaën. & audisset ab oraculo quòd à nepote suo esset occidendus, filiam in turri cõclusit, ne filius ex ea nasceretur. Vide infra Danaë. Tandem Perseus Acrisium occidit, eo quòd ille matrem secum in mare iecisset. Alius fuit Acrisius auus Vlysis.

Acroceraunia sunt excelsi mōtes Epiri, diuidentes Ionium mare ab Adriatico. Alij sunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam. Dicti à fulminibus quibus impetuntur, Nam ἀκρον dicitur mons uel summus, κέραυος uerò fulmen.

Acrocorinthus est altus mons inter Aegæum et Ionium mare, sub cuius radice est urbs Corinthus.

Acron fuit Ceninensium rex in Italia: quẽ Romulus singulari certamine uicit & occidit, & eius arma Ioui Feretrio, ut opima spolia dedicauit.

Actæon Aristei filius ex Autonoe filia Cadmi. Cū post uenationem petisset secretum fluiuium, uidit ibi Dianam se nudam lauãtem. Quæ indignata, mutauit eum in ceruum

Ceruum. Et cum domum redire uellet, laceratus est à canibus suis. Ouidius, Inscius Actæon uidit sine ueste Dianam, Præda suis canibus non minus ille fuit.

Actium oppidum Epiri, & promontorium ad mare, ubi Augustus Antonium uicit nauali prælio.

Actorides, id est Patroclus nepos Actoris.

Adiabena regio orientalis prope Assyriam.

Admetus, e producta, fuit rex Thessaliæ, cuius armenta nouem annis pauit Apollo, diuinitate priuatus, eo quòd Cyclopes occiderat, qui fulmina fecerãt, quibus filius eius Phaëton erat necatus.

Adonis, o producta, filius Cynaræ regis ex Myrtha filia sua. Qui cum formosus esset, amabatur à Venere. Tandem ab apro necatus est, cui & annua lugendi festa sunt instituta, & cruor in florem mutatus fabulatur. Templum habuit adonis in Biblio urbe Phœnicia, ubi pater eius regnauerat. Item adonis dicitur fluuius prope Biblum urbem.

Adrastus rex Argiuorum, qui Thebanis bellum mouit pro Polynice genero suo: sed utrinque multis occisis domum redijt infecta re.

Adria fuit urbs Italiæ ad mare, quod ab ea uocatur Adriaticum uel Adriacum. Ponitur etiam Adria pro ipso mari.

Sequentia nomina habent a diphthongum in principio.

Aeas fluuius Epiri, ex Macedonia profluens in Ionium mare. Lucanus.

Purus in occasum parui sed gurgitis Aeas.



Aecus Iouis filius ex Aegina, qui regnavit in insula Aenopia, quam ipse uocavit à nomine suae matris Aeginam. Hic dicitur esse iudex inferorum cum Rhadamanto & Minoë. Ouid. - Tuasq; Aecus in pœnas ingeniosus erit.

Aeacides, id est, Achilles Acaci nepos. Nam Acaci filius fuit Peleus, pater Achillis.

Aedon mons Thraciæ. Inde Aedonus possessivum. Virg. Ac uelut Aedoni Boreæ cum spiritus alto, &c.

Aedon dicitur mulier Thraciæ.

Aedon per tres syllabas est philomela.

Aeeta uel Aetes rex Colchorum, pater Medæ. Statius, Non tulit Aetes ferroq; & classe secutus. Inde Aetias patronymicum, id est, Medæ, filia Aetæ.

Aeea urbs Colchorum ad Phasin fluuium.

Aegeus rex Athenarum, pater Thesei: qui ob dolorem quem de falsa filij morte habebat, se deiecit in mare, quod ab ipso uocatur Aegeum. Nam cū Theseus nauigaret in Cretam, ad Minotaurum necandum, uelo nigro usus est. Cui Aegeus pater iussit, ut si rediret incolumis, album uelum erigeret: quod Theseus oblitus fuit. Cum igitur Aegeus ex alto loco uideret reuertentem nauem filij cum nigro uelo, ratus ipsum esse mortuum, se precipitem dedit.

Aegeum mare est & prope Græciam amplum, & multas habens insulas, dictum ab Aegeo rege, uel à quodam in eo saxo, quod habet speciem ægeos, id est, ca præ. Est autem inter Hellepontum & Tenedum.

Aegides, i producta, dicitur Theseus filius Aegæi.

Aegeon

Aegeon fuit gygas Titani & Terra filius, qui & Briareus dicitur. Quem Ioui rebellantem Neptunus ligauit ad scopulos Aegæi maris. Statius. Audierat duos laxantem Aegæon nexu. Virgilius, Aegæon qualis centum cui brachia dicunt Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem, &c.

Aegina filia Asopi regis Bœotia, quâ Iupiter in specie ignis grauidauit: & ex ea genuit Acacum & Rhadamantum. Est etiã insula in qua regnavit Aecus, quæ prius Aenopia dicebatur. Sed ut ait Ouid. Aecus Aeginam genitricis nomine dixit.

Aegeria fuit nympa nemoris Aricini & uxor Numæ regis: quo mortuo ipsa præ fletu uersa est in fontem, ut fabulatur Ouidius, x. metamorph.

Aegyptus est regio Aethiopiæ: quæ ab oriente iungitur Aethiopiæ & Rubro mari, ab occidente Cyrenem habet, à meridie Aethiopiæ, à septentrione mare Aegyptium. Plinius tamen Aegyptum ponit in Asia: sed proxime Affricam.

Aello per tres syllabas, est una de Harpyis.

Aegisthus filius Thyestes ex Pelopeia filia sua. Cū enim Thyestes adulterasset Aeropen uxore fratris sui Atrei, Atreus filios fratris occidit, et illi comedendos apposuit. Thyestes uerò ex oraculo didicit quòd ex filia sua gigneret filium qui uindicaret hoc nefas. Igitur Aegisthus cum adoleuisset, occidit Atreum, deinde eius filium Agamemnonem, adiuuante Clytemnestra Agamemnonis uxore, ipse quoq; Aegisthus, ab Oreste filio Agamemnonis peremptus est.

Aeolus Hippias Troiani filia Crinis Aegiochus
flumini Sicilia Acastem regem sepe ut. Acast.
in s. vi. f. m. 136

Aegiochus dicitur Iuppiter, ab *agos*, id est, capra memoria, à qua puer fuit nutritus in Creta insula.

Aegle fuit nymp̄ha filia Solis ex *Neera*.

Aegos fluius Thraciae, in quem decidit de Sole s̄x̄ eo die quo praedictū erat ab *Anaxagora* philosopho.

Aemylia est regio Italiae quae et *Flaminia* dicitur, in qua *Bononia* est, & *Imola*, & *Rauenna*.

Aeneas nobilis Troianus, *Anchisae* & *Veneris* filius, post excidium Troianum, post longos errores, in Italiam uenit, ut scripsit *Virgilius*.

Aeolus filius *Iouis* ex *Acesta* filia *Hippotae* Troiani, à quo dicitur *Hippotades*. *Ouid.* *Aeolon* *Hippotaden* cohibet̄em carcere uetos. Hic regnauit in *Aeolia*: & inuenit rationem uentorum, & flatus illorum praedixit, unde rex & deus uentorum dicitur à poëtis.

Aeolia est regio septem insularū inter Italiā & *Siciliam* quae & *Vulcaniae* dicuntur, scilicet, *Lipare*, *Hiera*, *Strongile*, *Didyme*, *Eriphysa*, *Phoenicusa*, *Prochyta*.

Aeolis uel *Aeolia* est regio Graecorum in Asia inter *Ioniam* & *Troadem* sita, hinc dicitur *Aeolica* lingua una Graecorum. *Aeolis*, id est filia *Aeoli* nomine *Canaei*. Vide infra *Canace*.

Aemonia est regio Graeciae: alio noīe *Thessalia*.

Aemus est mons Thraciae, uel inter *Thraciam* ac *Thessalianam*.

Aenocauma est mons excelsus in *Aethiopia* semper ardens.

Aerōpis, o producta, fuit uxor *Atrai*, à *Thyeste* adulterio corrupta. *Ouid.* Si non *Aeropen* frater scelerratus

ratus amasset.

Aefacus fluius Troianus ad *Idam* montem. Item filius *Priami*, qui cū in sylua sequeretur *Eperiem* puellam, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, ipse doloris & amoris impatientia, cū de scopulo se ciecisset in mare, à *Tethide* mutatus est in auem *mergum*: ut ait *Ouid.* x. *metamorph.*

Aeschines orator Atheniensis amulus *Demosthenis*.

Aeschylus poëta Graecus, tragicus antiquus, necatus ab aquila, testudinē super caluum caput eius dormientis demittente, de quo *Horat.* lib. de arte.

Aesculapius *Apollinis* & *Coronidis* nymp̄hae filius: medicinae deus habitus. Itē à *Ioue* fulmine occisus, eo quōd *Hyppolitum* arte medica reduxisset ad uitam. Colebatur hic primo *Epidauri*, unde uocatur *Epidaurius*: & colebatur in specie serpētis. Nā Romanis in *Epidaurum* profectis tēpore pestilentiae ut *Aesculapium* Romā portarent: serpens grādus nauem ingressus est, quem illi deum *Aesculapium* esse rati, secum duxerunt.

Aesquilīa mōs aut locus in urbe *Roma*. Alij scribunt *Exquilīa*. Vide infra in *E*.

Aeson *Critei* filius, frater *Pelīae* regis *Thessaliae*, et pater *Iasonis*, qui ab eo uocatur *Aesonides*. *Aesonem* uerò *Medea* rogatu *Iasonis*, de *sene iuuenem* fecit suis ueneficis.

Aethra uxor *Aegei*, materq; *Thesei*.

Aetna mons *Siciliae* quondam perpetuo igne terribilis, & quandoque globos igneos longius emittens.

Inde

Inde Actneus.

Aetolia est regio Græciæ inter Acarnaniã et Phocidem: in qua sunt urbes, Calidon, Olenos, & Pleuron.

Aetolus, o producta, aliquis de Aetolia. Virg. Nō erit auxilio nobis Aetolus & Arpi.

Aethon unus equorum Solis. Item equus Hectoris & Palantis, secundum Virgilium.

Aethiopia est regio inter Arabiam & Aegyptū, uersus Austrum: nigros homines præ nimio calore producens. Vnde dicuntur Aethiopes à Græco uerbo *αἴθρῶ* quod est uro, uel incendio.

Agamemnon filius Atrei, rex Mycenarū, et frater Menelai, qui à Troiano bello reuersus, à Clytemnestra uxore & Aegistho adultero fuit occisus.

Aganippe fons in Aonia musis sacer. Vnde musæ dicuntur Aganippides.

Agathyrsi, populus Scythicus ceruleo capillo.

Agathocles tyrannus Siciliae, humili genere natus, ut pote figuli filius: qui per multa scelera inuasit tyrannidē, multaq; gessit bella cum Carthaginensibus, uaria fortuna: de quo Iustinus, x x i i.

Agæue filia Cadmi, & uxor Echionis, quæ inter Bacchanalia filium suum Penthea regem Thebarum necauit. Horatius, Quid caput abscissum demens cum portat Agæue. &c. Iuuenalis accepit pro Thebaide Statij, Esurit intactam Paridi nisi uendit Agæuen.

Agēnor, e longa, rex Phœnicum, filius Beli, & pater Cadmi.

Agilla uetus urbs Thusciae, quæ & Care dicta est.

Agæus

Agæus est agnomē Apollinis, ab eo quod in uijs publicis colebatur. Nam *αγῶν* est uia.

Agis rex Lacedæmoniorum, occisus à suis ciuibus in carcere, eo quod leges Lycurgi reducere, & bona publicare uellet.

Aglaia est una Gratiarū, & interpretatur claritudo.

Aglauros filia Erithei regis Athenarum, à Mercurio in saxum mutata. Ouid. i. i. metamorph.

Agragas Oppidum Siciliae quod & Agrigentum dicitur.

Agrippa filius Aristoboli filij magni Herodis, à Tiberio Cesare coniectus in carcerem: sed à Caio Cesare rex Iudææ factus.

Agrippa alius fuit iter proceres Augusti, uictoria nauali cōtra Sextū Pompeiū insignis, & gener Augusti.

Agrippina fuit filia M. Agrippæ prædicti. Alia fuit mater Neronis: quæ post uiri mortē Claudio Casari nupsit, & filio suo imperium obtinuit ad suam & totius urbis perniciem. Item Agrippina est insignis urbs inferioris Germaniæ metropolis & colonia Romanorum. Vnde uulgo dicitur Colonia.

Ajax Thelamonis filius, ex Hestione filia Laomedōtis fortissimi Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, cum illius arma peteret Ajax, & Ulysses eloquentia sua à iudicibus illa accepisset: Ajax præ ira insanies pecora multa occidit, credens Ulysses cum socijs illius occidere. Deinde etiam seipsum occidit, de cuius cruore ut ait Ouidius, flos Hyacinthus creuit. Alter eodem tempore fuit Ajax Oilei filius, rex Locrensium, uelox pedibus, &

bus, & peritus hasta uibranda. Hic capta Troia, Cassar
dram uirginem & uatem in templo Palladis uiolauit:
propterea domum repetens, fulmine exustus est in mari
cum sua nauī.

Alani populus Scythicus prope Istrum. Lucanus,
Et sequerer duros eterni Martis Alanos.

Alba fuit urbs in Latio, condita ab Ascanio filio
Aeneae, quam Tullus Hostilius rex Romanus euertit.
Est altera Alba ciuitas Longobardiae: à qua fit Albēsis.
Nam à priore Alba, dicitur Albanus.

Albania est regio orientalis, inter Colchū & Ar-
meniam. Altera nunc uocatur Albania, inter Illyricum
& Macedoniam, in qua est urbs Dirachium.

Albula est fluuius ex Apēnino Romam fluēs: alio
nomine Tyberis. Sed Albula nomen antiquius est.

Alburnus mons Lucania.

Alcæus poëta Lyricus Mitylenæus. Sappho, Nec
plus Alcæus confors patriæq; lyræq; Laudis habet,
quāuis grandius ille sonet. Alius fuit auus Hercules.

Alceſta uel Alceſtis fuit uxor Admeti regis Theſſa-
lia, quæ pro uiri salute se morti tradidit. Nā rege ægro-
tante reſponſum fuit ab oraculo, quod breui moreretur:
nisi quis amicorum pro eo morti se traderet. Quod cum
omnes recuſarent: ipſa promptiſſimam se obtulit.

Alcibiades uir Athenienſis pulcherrimus, nobi-
liſſimus, eloquentiſſimus, & bellicæ rei peritiſſimus: ſed
ita plenus omnibus uitijs, ut neſcias utrum uirtute, an ma-
litiā fuerit inſignior.

Alcida fuit bellua terribilis, & ignē uomēs, à Pal-
lade

lade tandem occiſa.

Alcides, i producta, dicitur Hercules, uel ab Alcæo
auo ſuo, uel à Græco nomine ἄλκις, quod est robur.

Alcinous rex Pheacum in Corcyra inſula, dili-
gens hortorum cultor, qui Ulyſſem nauſragum perhu-
maniter accepit.

Alcman poëta Lyricus primus, pediculari morbo,
mortuus.

Alcmaus uel Alcmeon filius Amphiarai auguris:
qui in ultionē patris ſui matrem occidit. Vide inſrā Eri-
phile.

Alcmena Electrionis filia et Amphitryonis uxor.
ex qua Iupiter genuit Herculem.

Admæon Crotoniates philoſophus auditor Py-
thagoræ, qui primus de natura rerum ſcripſit.

Alcon ſagittarius Cretenſis, cuius filium cū draco
complexus eſſet, tanta arte ſagittam direxit, ut illæſo fi-
lio necaret draconem.

Alecto eſt una trium ſuriarum infernaliū. aliarum
nomina ſunt Megara, & Tiſiphone. Et dicuntur filie
Acherontis & noctis. Altera urbs & Romana colonia
in Corſica inſula.

Alemanni ſunt Germani uel Teutoni, dicti ab
Alemanno ſtudio, uel à Manno filio Teutonis.

Alexādria urbs, Aegypti caput, ab Alexādō ma-
gno condita prope oſtium Nili, quod Canopicum dicitur.
Aliam eodem nomine ſtruxit idem rex in Aſia, aliam
item in Scythia ſuper Tanaim. Dicitur etiam Alexan-
dræa, & producta. Propertius, Noxia Alexandra dolis

aptissima tellus.

Alexandria etiam est urbs Liguriæ uel Lombardiæ, ab Alexandro pontifice maximo condita.

Allia uel **Allia** fluiuius nõ löge à Roma distans, apud quem Romanus exercitus olim deletus fuit à Gallis Senonibus, duce Brenno. Luca. Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Almo paruus fluiuius ad urbem Romanam.

Allobroges populus Gallie iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienses dicti & Pedemontani.

Aloeus per eu diphthongon, fuit Gygas Titani et Terræ filius, ex cuius uxore Hypimedia Neptunus genuit gemellos, scilicet Oetum & Ephialtem, qui dicuntur Alloyde: & fuerunt maximi gygantes. Virgilius, Hic et Aloidas geminos immania uidit Corpora, qui manibus magnum rescindere coeli Aggressi. &c. Claudianus. Cum gemini fratres genuit quos asper Alocus Martem subdiderint uinclis.

Alpheus fluiuus Achaie iuxta Pisam urbem, teste Plinio.

Alpes sunt excelsi mōtes Italiam separantes à Gallia & Germania. Lucanus, Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes, Hinc Alpinus.

Althæa filia Testij, & uxor Oenei regis Aetoliæ & mater Meleagri. quæ filium fatali sipite combussit: ut infra dicitur de Meleagro.

Amaracus puer regius qui pretiosa firens unguenta cecidit: & mortuus, dicitur mutatus in herbam odoriferam, quæ & Sansucus uocatur. Virgilius, Vbi mollis

*Amaracillus. amor inter pretatur. f. Ro Ama
ma q. apud Virgilius in cap. Ang. Polif. 6*

Amaracus illum &c.

Amanus est mons qui Syriam à Sicilia separat.

Amalthea fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, scilicet Amaltheam & Melissam quæ Iouem caprino lacte & melle nutriuerunt. Alij dicunt illam capram appellatam esse Amaltheam.

Amathus huius Amathuntis est insula in Aegeo mari sacra Veneri. Virgilius, Est Amathus, est celsa mihi Paphos atq; Cythera. Etiam est oppidum Cyprî insule.

Amasenus est fluiuus Volscorum in Latio. Etiam fluiuus Siciliae. Ouidius, Necnon Sicaniæ uoluens Amasenus harenas.

Amasis rex Aegypti. Lucanus, Non mihi Pyramidum tumulis euulsus Amasis.

Amazones erant foeminae Scythicae, bella generantes, & sine uiris habitantes. De quibus multa Iustinus libro 11. In singulari numero dicitur Amazon. quod interpretatur mamma: quia puellis dextras mammas urebant, ne sagittarum iactus impedirent.

Ambracia fuit urbs Epiri: post ab Augusto cum uicisset Antonium, dicta Nicopolis.

Amerea oppidum Umbriae. Inde Amerinus.

Amyclæ Amyclarum, urbs Laconiae: patria Helenæ quæ tacendo perijt. Alia fuit in Campania, quæ à serpentibus deleta fuit secundum Plinium.

Ammon dicitur Iupiter, in specie arietis, sicut colebatur in Lybia. Nam Bacchus cum exercitu in Libya sitiens, ductu arietis inuenit fontem. Credens igitur arietem illum Iouem fuisse, templum ibi struxit: in quo posuit

simulacrum arietis, & uocatur Ammo, id est arena-
rius, quia templum situm est in arenoso loco.

Amphiarus Oilei filius, Argiuius uates, & au-
gur, quem Adrastus rex contra Thebanos bellaturus se-
cum ducere uoluit. Sed ipse praesciens se illinc non redi-
turum, latuit. Tandem ab Eriphyle uxore sua proditus,
& proficisci coactus: primo die quo uenit ad Thebas,
hiatu terrae fuit absorptus. ut ait Statius in Thebaide.

Amphion filius Iouis ex Antiope, rex Thebarum
& inuentor musices, unde dicitur cantu saxa compo-
suisse in murum. Horatius, Dicitur & Amphion Thebae-
na conditor urbis, Saxa mouere sono testudinis & pre-
ce blanda &c.

Amphisa fluuius in Phocide.

Amphitryon Thebanus princeps, maritus Alc-
menae matris Herculis, q ab eo dicitur Amphitryoniades

Amphitryte filia Nerei & uxor Neptuni, & po-
nitur pro mari. Ouid. Nec brachia longo Margine ter-
rarum porrexerat Amphitryte.

Amphrysus fluuius Thessalia iuxta quem Apol-
lo paut Armenta regis Admeti. Luca. & flumine puro
Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phoebi.

Amphesibena serpens duobus capitibus, quorū
alterum habet in cauda. Lucanus, Et grauis in geminum
surgens caput Amphesibena.

Ana fluuius Hispania, qui Bethycam & Lusitaniā
diuidit. Oritur in Amintano agro citerioris Hispania, et
modo in stagna se fundens, modo in angustias resorbes,
aut in totum cuniculis condens, & saepius nasci gaudes,

Amurates rey de los turcos. Var. 7. a. in
Amurates secundum.

in Athlanticum oceanum effunditur.

Anacreon poeta lyricus ex Teo urbe Ionum, unde dicitur Teius. Hic grandaeuus acino uuae passae strangulatus obiit.

Anacharsis Scythia, doctus philosophus & frater
Cadmidi regis Scytharum: a quo in uenatione sagitta fuit
occisus, eo quod leges Graecorum Scythiis tradere conaretur.

Anagnus fluuius Thessalia.

Anagnia ciuitas Hernicorum in Latio. Virgilius.
Quos diues Anagnia pascit,

Anapis fluuius Sicilia. Ouidius, Praerit & Cy-
nem & fontes lenis Anapis.

Anaxagoras philosophus Clazomenius, qui phi-
losophiae causa patriam reliquit, opesq; contempsit,
Nam patriam sibi coelum esse dicebat.

Anaxarchus Abderites philosophus, familiaris
Alexandro Magno: occisus tandem a Nicocreonte Cy-
priorum praefecto.

Anaximader Milesius philosophus, auditor Tha-
letis & successor. Qui primus caelestia signa docuit.

Anaximenes auditor & successor Anaximandri,
& magister Anaxagora.

Anauros fluuius lenis i Thessalia, quasi sine cura.

Ancile fuit breue & rotundum scutum prolapsum
caelitus, ut aiunt, regnante Numa, qui ad illius similitu-
dinem fieri curauit undecim talia, & per Salios deferri
cum saltatione per urbem.

Anchises Troianus nobilis, filius Capys filij Assae
b 3 raci

raci fratris Illi regis Troiani. Qui Anchises ex Venere genuit Aeneam.

Ancon uel ancona urbs in Piceno ad mare Adriati cum. Lucanus, Illic Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancō,

Ancus Martius fuit quartus rex Romanorum.

Andabatae, quidā populus clausis o culis pugnās.

Andes fuit uicus prope urbem Mātuan ubi natus est Virgilius. Vnde uocatur Andinus uates Mantuanus.

Andes populus Galliae in prouincia Turonensi: qui modo uocantur Andegauenses.

Androgeus filius Minois regis Cretae occisus dolose ab Atheniensibus & Megarensibus. Quare Minos Megaram uastauit: & Athenienses coegit quotannis mittere Cretam septem adolescentes, & totidem puellas deuorandas à Minotauro.

Andromache fuit uxor Hectoris, quam post exitium Troiae Pyrrhus filius Achillis abduxit in Graeciam: & ei Helenum filium Priami uirum dedit.

Andromeda filia Cephei regis Aethiopiae et Cassiope. Quae propter superbiam matris à nymphis alligata fuit saxo, & marinae beluae exposita in oppido Ioppe. Sed Perseus eam liberauit, & uxorem duxit. Est etiā caeleste signum uel sydus.

Andros insula & oppidum in Myrto mari, prima Cycladum.

Anio uel Anien, fluuius ex Alpibus fluens in Tyberim.

Anitus fuit Atheniensis diues, qui cum Melito & Lycone Socratem accusauit, & occidi curauit. Et corri-

pit me.

pit mediam.

Antacus fuit gygas in Libya uel Mauritania: qui cum Hercule singulari certamine congressus, quoties ab Hercule prostratus terrā tetigit, toties fortior surrexit. Nam terra mater eius, uires ei auxit. Quod notans Hercules, illum à terra continuit, & sic tandem occidit.

Antenor unus è principibus Troianorum qui Patium in Venetia condidit.

Anticyra est insula circa Phocidem, ubi helleborū multum nascitur, uel optime temperatur. Horatius, Danda est hellebori multo pars maxima auaris: Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Antigone soror Priami, quam ob superbiam forma Iuno uertit in Ciconiam. Alia fuit Oedippi filia quae patrem caecum ducebat: & deinde cum pro more fratrum suorum corpora cremaret, occisa à Creonte tyranno.

Antimachus poeta Graecus elegiarum scriptor. ex qua Iupiter Zetū & Amphionē genuit. Vide Dirce.

Antiochia urbs Syriae, Seleuco Nicanore filio Antiochi facta.

Antiphates rex Lastrigonū Lami filius, qui Formias condidit oppidum.

Antisthenes princeps Cynicae sectae, Socratis auditor, ad quem quotidie ibat ex Piraeo, quadraginta stadiis emensis.

Antium fuit oppidum uetus in Latium iuxta mare: nunc penitus dirutum. Erat ibi templum Fortunae, ut Horatius innuit.

Anubis filius Osiridis & Isis, qui quoniam canibus gaudebat, ab Aegyptijs deus habitus est in specie canis. Virgilius, Omnigenumq; deum monstra, & latrator Anubis.

Anxur, oppidum Volscorum. Alio nomine Tarraeina.

Aonia est pars montana Boeotiae. Nam Aones erat populus uetustus in Boeotia, à quibus Aones montes dicti sunt, in quibus est fons Aganippe qui dicitur Aonius fons. Item Aonides uocantur musae quibus ille fons dicitur fuit.

Apamea urbs Asiae minoris, Seleuco facta.

Apelles pictor praestantissimus, ex insula Coo, uel ex Epheso. qui moriens reliquit Venerem infectam, quam nemo ausus est perficere.

Apidanus fluius Thessaliae. Et corripit da.

Apis lingua Aegyptiaca bos dicitur, & erat uiuus bos quem colebant Aegyptij: sed certo tempore ipsum submergentes, alium querebant cum luctu.

Apitius nobilis Romanus ualde gulosus, unde pro guloso quocunq; accipitur.

Appia uia est à Roma in Campaniam & ad mare usque Brundisium, quam Appius Claudius consul lapidibus strauit.

Apollonia urbs in Epiro uel Macedoniae parte qua Albania dicitur. Alia Apollonia est in Syria, alia item in Creta.

Apollo filius Iouis & Latonae, alio nomine Phoebus, habitus deus sapientiae, & uaticinij, & carminum,
item

item deus bellicus: unde ipse Cytharam & arcum gestare dicitur.

Apenninus mons Italiae amplissimus ab Alpibus aut Liguria tendens ad Siculum fretum, ac totam diuidens Italiam.

Apönus, o breui est fluius Venetiae iuxta Patauum. **Apulia** regio Italiae mari Adriatico uicina, in qua sunt urbes Barrum, Beneuentum, Luceria, & mons Garanus.

Aphrica est tertia pars orbis terrae, scilicet inter Asiam & Europam ad austrum sita, incipiens à finibus Aegypti, & desinens ad Gaditanum fretum: in hac sunt Mauri, Getuli, Numidae, Garamantes, Aethiopes, & nobilis urbs Carthago.

Apher, aliquis de Aphrica. Lu. Et solitus uacuis errare Mapalibus Apher.

Aphricus est uentus ab Aphrica flans, scilicet inter Austrum & Zephyrum.

Aphrodite est Venus, sic dicta ab ἀφρός quod est spuma. Nam de spuma maris nata dicitur. Vide infra Venus.

Aquitania est pars Galliae, propinqua Hispaniae, scilicet à Garumna flumine ad Pyreneum montem.

Aquila est urbs Aprutij uel Brutiorum post Romam, & ales Iouis.

Aquilina fuit olim clara urbs Venetiae & transpadanae regionis caput: sed à Gotis diruta, ciues Venetias migrarunt, & pauper uicus piscatorum nunc est.

Aquinum ciuitas Campaniae in uia Latina ad Mel-

pin fluuium. Srabo autor.

Arabia regio Asiae maioris inter Iudæam & Aegyptum. Est autem triplex Arabia, scilicet felix, Petrea, & Deserta.

Arachne puella in Lydia lanificij & acu pingedi doctissima: quæ cum se Palladi in arte præferret, & cum illa certare non metueret, Pallas opus eius fregit: At illa indignata, se suspendit: quam Pallas in araneam mutauit. Ouidius sexto metamorph.

Araris uel Arar est fluuius Gallie qui nunc Sagona dicitur, & per Burgundiam fluens circa Lugdunum Rhodano miscetur.

Aracynthus mons Acarnaniae, dicatus olim Minerue. Lactantius autem grammaticus ait esse montem Atticæ.

Aratus poëta Cilix, qui de Astronomia uersibus scripsit. Aratus alter fuit Sicyonius, princeps optimus, qui patriam suam à tyrannide liberauit: de quo Tullius in tertio libro de officijs.

Araxes fluuius Armeniae super quem magnus Alexander pontem fecit, & postea etiam Caesar Augustus.

Arcas filius Iouis & Calistonis, à quo Arcades denominati sunt, quos quia uetustissima gens est, fabulatur ante Solem & Lunam fuisse ex arboribus natos.

Arcadia est pars Achaie mediterranea, ante Drymodis & Pelasgis dicta. In ea sunt asini grades: unde pecus arcadicum nuncupatur asininum.

Arcefilas Pitaneus philosophus Academicus, auditor Crantoris. Persius, Nō ego curo Esse qd' Arcefilas.

Archemorus Lycurgi regis Nemeæ filius, à serpente

infractus necatus, dum nutrix quæ sitientibus Argiuis fontem ostenderet, cum dimisset in gramine. In cuius honorem instituti sunt ludi Nemei. Alio nomine dictus fuit Opheltes. Vide Hypsiphe.

Archeptolemus fuit Hectoris auriga.

Archilochus filius Nestoris occisus ad Troiam. Alter fuit poëta Lacedæmonius iambici carminis inuentor. Horatius in arte poëtica, Archilochum proprio rabies armavit iambo. Nam cum Lycambes quidam Archilochi filiam suam despondisset, ac deinde alteri tradidisset, poëta tam grauiter in illum scripsit, ut ille se suspendere.

Archimedes Syracusanus philosophus & maximus geometra, qui primus spheram fecit. Occisus per ignorantiam uel iracundiam à quodam Romano milite, cum Marcellus consul Syracusas cepisset, & illum, licet uictoriam diu impedisset, seruari mandasset, sed bellicus furor consulis edictum neglexit.

Architas Tarentinus Pythagoricus nobilissimus, qui Platonem cum à Dionysio tyranno necandus esset, per epistolam eripuit: in omni genere uirtutis ac scientie admirabilis, & princeps sue ciuitatis.

Arctos græce, ursa latine. Nam ad polum arcticum sunt duæ stellæ quæ uocantur arcti uel ursæ: à nauigantibus obseruantur, eo quod nunquam occidunt. Maior ursa dicitur Calisto uel Elice: minor autem Cynosura: hanc Phœnices obseruant: illam uerò, Græci. Cur uocentur ursæ, uide in dictione Calisto.

Arctous uel arcticus id est, borealis uel septentrionalis.

Arctophy

Arctophylax quasi ursae custos, est stella iuxta maiorem ursam, quae & Bootes dicitur. Cicero in Arato, Arctophylax uulgo qui dicitur Bootes. Est autem minor ursae.

Arcturus est stella clara in zona Arctophylacis. Quidam scribunt Arcturum & Arctophylacem uel Bootem, esse ursam minorem.

Ardea fuit urbs Rutulorum in Latio, quasi ardua id est alta, & in monte posita: distans à Roma stadijs centum & septuaginta.

Arethusa est fons apud Syracusas, urbem Siciliae. Fuit enim, ut fabulantur, uirgo uenatrix, quae cum in Alphæo flumine se lauaret, & ab illius fluminis deo amata fuit. Cuius uim ut euaderet fugiens, inuocauit Dianam, & in fontem est mutata. Est etiam fons in Metia, teste Plinio.

Arelate urbs Galliae in provincia Narbonensi.

Aretium urbs Thusciae. cccc. stadijs à Perugia distans.

Argia, i producta, fuit Adraasti regis Argiuorum filia & uxor Polynicis, quae cum uiri sui in bello casu fuit curaret, à Creonte tyranno necata fuit.

Argos uetus & nobilis urbs Achaiae: quod etiam dicitur Argi pluraliter. Inde Argiuus, Argous, & Argolicus.

Argo fuit nauis longa, qua Iason cum LIII. Heroibus nauigauit in Colchum, ad afferendum uellus aureum. Dicta est autem argo uel ab artificis nomine: uel à sua uelocitate. Nam uetusto nomine argo uelocem significat

gnificat.

Argonautae dicuntur illi uiri qui in Argo nauigauerunt in Colchon, scilicet Iason, Castor, Pollux, Hercules, & ceteri.

Argus filius Aristoris, de quo ait Ouidius, Ceterum luminibus cinctum caput Argus habebat, Inq; suis uicibus capiebant bina quietem, Cetera seruabant atque in statione manebant. Huic Iuno custodiendam dedit Io mutatam in uaccam. Sed mercurius à Ioue missus, dulcedine cantus sopitum illum occidit. Oculos tamen Argi, Iuno indidit caudae pauonis, quae dicitur auis Iunonia. Ouidius metamorph.

Argiletum erat locus Romae iuxta Palatium, ubi dicitur Argus sepultus, & erant ibi tabernae opificum. Alij ab argilla dictum locum putant.

Ariadne filia minois regis Cretae quae Theseum ingressurum Labyrinthum adiunxit, & redeuntem in patriam secuta est. Quam tamen ille deseruit in insula Chio uel Naxo. Deinde Bacchus eam accepit uxorem. Cui Venus dedit coronam, quam Bacchus nouem stellis ornatam caelo imposuit. Vnde est caeleste sidus, quod Corona gnosia dicitur.

Aricia fuit urbs in Latio post Albanum montem in Appia uia, distans à Roma stadijs centum & x l. Inde aricinus adiectiuum.

Arimaspi sunt Scythici in Asia populi, unum tantum habentes oculum in fronte. Qui & cum gryphibus bella gerunt, pro auro & Smaragdis quae gryphes coligunt, Arimaspi non sine periculo illis auferunt.

Arimi

Ariminum urbs uetus in Flaminea iuxta Rubiconem fluium, qui Galliam à Flaminea separat. Et corripitur penultima.

Arion cytharædus è Lesbo insula, carus Perianthro Corinthiorum tyranno, Qui in Italiam profectus arte sua grandem pecuniam promeruit. Cumq; iterum nauigare in Graciam, & nauæ propter suam pecuniam eum uellent occidere, cythara canens, delphinos allexit quorum unius dorso insiliens, super illum uectus est ad littus. Vnde Virgilius ait, Inter Delphinas Arion.

Aristæus filius Apollinis & Cyrenes filie Penei, rex Arcadiæ, qui apum & mellis usum, lactisq; coagulum primus inuenit.

Aristides, penultima producta, fuit Atheniensis nobilis & probus, cuius iustitiam non ferens Themistocles, eum exilio decem annorum damnari curauit. Sed ueniente cum formidabili exercitu rege Persarum Xerxe, pro salute patriæ reuocatus est. Tandem cum multas præfecturas administrasset, ita pauper tamen obiit ut uix sepeliri posset. Alius fuit Thebanus pictor insignis, qui primus animos & uultus expressit.

Aristippus Cyrenes, auditor Socratis. Hic uoluptatem statuit esse summum bonum: cuius sectatores dicti sunt Cyrenaici. Hic etiam primus philosophiam que est ueritas habuit, & Dionysio tyranno adulabatur: quare Diogenes eum uocauit regium canem.

Aristo fuit Platonis pater. Item alter philosophus peripateticus.

Aristoteles Stragyrites, id est, ex oppido Stragyra, filius

ra, filius Nicomachi medici. Anno ætatis suæ xvii. profectus Athenas, audiuit Platonem annis xx. Deinde à Philippo rege accersitus in Macedoniam, decem annis fuit circa disciplinam Alexandri. Quo in Asiam profecto, redijt Athenas, & in Lycio gymnasio xlii. annis docuit. Postea accusatus quod de dijs non recte sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibiq; reliquum uitæ transegit, hæc ex Laërtio.

Aristoxenus musicus & Aristotelis auditor.

Arpi urbs Apuliæ à Diomede condita, quæ & Argi ripa dicitur.

Arpinum fuit oppidum Volscorum in Latio. Vnde Marius consul, & M. Cicero fuerunt orti.

Arsaces, a breui, fuit primus rex Persarum uel Parthorū. Vnde omnes Parthorū reges, uocantur Arsacidae.

Armenia est regio Asiæ inter Taurum & Caucasum mōtes, & à Cappadocia ad Cassium mare protensa. Est autem duplex, scilicet maior & minor.

Arnus fluius rapacissimus Ethruriæ. Florētiam aluens.

Artabanus filius Hystaspis & frater Darij regis Persarum: qui Xerxi filio Darij suasisit ut à bello Græcorum abstineret, eundemq; postea obruncauit in regia. Deinde ab Artaxerxe ipse occisus fuit.

Artabri populus Lusitanie, qui etiam Arotebra dicuntur.

Artaxerxes filius Xerxis rex Persarū qui ex pellicibus habuit filios cxv. & ex iusto matrimonio tres, scilicet Dariū, Ochum, & Ariaratem, quorum Darius à patre

à patre rex factus, contra patrem leui de causa cū quin-
quaginta fratribus cōiurauit. Qui omnes cum uxoribus
& filijs à rege sunt occisi. Iustinus.

Artemis, e curta, dicitur Diana, quasi Aëratemis
id est aërem secans.

Artemisus est mons Achaia in Argo.

Artemisia uxor Mausoli regis Caria, quæ uirum
dilexit supra humane affectionis modum. Cui mortuo se-
cit monumentum sumptuosissimum, quod Mausoleum
dicitur: de quo infra suo loco scribetur. Est & herba
quædam.

Artemisium dicitur lucus Artemis id est Diana.

Artaxata urbs Armenia maioris, ab Hānibale cō-
dita ad Araxem fluuium. Et est tantum pluralis numeri.
Iuuenalis, Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Aruerni populus Gallia prope Bituriges & He-
duos.

Aruisium est promontorium in insula Chio: ubi
optima uina nascuntur. Et facit adiectiuū aruisius, a, um.
Virg. Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Aruigarus rex Britannia tempore Domitiani.

Arunce populus antiquus in Latio. Vir. Aruncos
ita ferre senes.

Arunca, Vrbs eorum fuit.

Afarus fluuius Macedoniae alluēs urbē Heracleā.

Ascalum urbs in Idumæa uel Palestina: hinc He-
rodes rex Iudeorum dicitur est Ascalonita, qui innocen-
tes iussit occidi.

Asculum oppidum Piceni Romana colonia.

Ascanius

Ascanius filius Aeneæ Troiani ex Creusa cōiuge,
qui & Iulus & Iulus dicitur est. Item fluuius Phrygiae uel
Bithyniae.

Ascra uicus Bœotiae ad Heliconem: patria Hesiodi
poëtæ, qui ob id Ascraeus dicitur.

Asia est media pars orbis terræ incipiens ab In-
dia, quam ab Europa fluuius Tanais, ab Africa Nilus
separat.

Asia minor, est pars Asiae, scilicet quæ fuit sub impe-
rio Romanorum, quæ hodie Turchia dicitur. & in se cō-
tinet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycæoniam.

Asylum dicitur locus tutus unde neminem licet ui-
tollere. Nam dicitur ab α quod est non, & ὄψω trabo.
Talis locus primò fuit Athenis à Theseo institutus: dein
de Romæ à Romulo. Vir. Hinc lucum in gentem quem Ro-
mulus acer Asylum Rettulit, Ponitur etiam pro templo,
Idem, Et iam porticibus uacuis Iunonis Asylo.

Asine oppidū Achaia. Lu. Quas Asine cautes &c.

Asphaltus uel Asphaltites est lacus Iudææ in pro-
uincia Pentapoli, in quo nihil graue submergi potest, &
nihil gignit nisi bitumen: unde, Mare mortuum uocatur.
In eo loco fuerunt olim Sodoma & Gomorra, & tres
urbes aliae: quæ propter nephandam populi luxuriā atq;
libidinem coelitus exusta sunt.

Asopus, ò producta, fluuius Achaia.

Asopis Asopidos, id est, filia Asopi, scilicet Aegina,
de qua supra.

Assaracus filius Trois regis Troiani, & frater Ili
regis. Assaracus autem genuit Capyn: Capys Anchysen
patrem

patrem Aeneae.

Assyria est regio Asia ab Oriente habens Indiam, ab Occidente Tigrim, ab Austro Mediam, ab Aquilone Caucasum.

Asterie filia Cai Titani, & soror Latonae, quas ambas uitiavit Iupiter.

Astyages ultimus rex Medorum, à Cyro nepote suo, quem infantem exposuerat, regno priuatus. Iustinus in primo.

Astyanax huius Astyanactos, filius Hectoris, & interpretatur urbis protector. Hunc capta Troia Graeci de turre deiecerunt.

Astypalea insula in Aegeo, una Cycladum.

Astrea filia Astrei gygantis & Aurorae, uel secundum alios filia Iouis & Themidis, quae ob aequitatem suam Iustitia dicta est. Ouidius, Vltima caelestium terras Astrea reliquit.

Asturia regio Hispaniae prope Lusitaniam, uel in Gallacia, ubi sunt equi breues, sed ueloces incesu, qui uocantur Asturcones.

Astur dicitur populus ille, aut aliquis de Asturia.

Atalanta uirgo uenatrix in Arcadia, filia Iasij. Haec cum proceribus uenit ad occidendum aprum deuantem Aetoliam, quae etiam ipsa prima uulnerauit. Quare Meleager filius regis Aetolia ipsam adamauit, & uxorem duxit. Cui filium peperit nomine Partenopaeum, qui ad Thebas occisus fuit. Alia fuit filia Cenei regis in Scyro insula, quae cum proci cursu certabat. Cumque multos superasset, & morte (quae erat superatorum poena) affecisset,

cisset, Hippomanes quidam nobilis adolescens eam dolo uel arte superauit. Nam Venus ei dederat tria aurea poena, quae inter currendum per uices proiecit. Quae illa colligens retardata & superata est. Tandem cum in templo Cybeles coirent, indignata dea conuertit eos in leones. Ouidius x. Metamorph.

Athamas, media curta, rex Thebarum, furore correptus, Learchum filium suum pro leone occidit sagittis. Quare territa uxor eius Ino, cum altero filio suo Palaemone cucurrit in mare. Vide infra Ino.

Athamantis id est, Helle, filia Athamantis, Vide, Helle.

Atax fluuius Galliae Narbonensis ex Pireneo ueniens.

Atella fuit oppidum Oscoꝝ in Campania, ubi grande Amphitheatrum erat. Unde Atellanae comediae ioculares & scurriles uocantur.

Athenodorus sculptor marmorarius.

Athenion pictor Maronites: qui nisi iuuenis obiisset, omnes pictores superasset, ut ait Plinius.

Ateruus fluuius Frentanorum prope Pelignos.

Athesis, e curta, fluuius Venetiae Tridentum radens, deinde Veronam diuidens, transit in Adriaticum mare. Verg. Siue Padi ripis Athesim, seu propter Amenum.

Attilius regulus consul Romanus primo Punico bello cum Carthaginenses sepe uicisset, tandem per insidias captus, & ligatus, Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captiuis. Sed cum Romam uenisset, permutationem dissuasit, & Carthaginem captiuis rediit, ubi crudeliter est occisus.



AT

Atys puer Phrygius amatus à Cybele. Cui cum si-
dem datam non seruasset, uersus in furorem, genitalia si-
bi amputauit. Alius fuit Atys filius Croæsi regis Lydia,
qui diu mutus cum uidisset hostem leuasse gladiū, ut pa-
trem occideret, subito timore locutus est, necem patris
deprecans.

Atina fuit uetus urbs Campaniæ iuxta Pontinas
Paludes.

Atlas fuit rex Mauritanie, qui Astronomiam dicitur
inuenisse. Etiam est altus mons Mauritanie, qui Co-
lumna cœli nominatur ab accolis: & poëtae fingunt esse
maximum giganteum qui cœlum sustineat. Est etiam flu-
uius Thraciæ ab Acmo fluens.

Atlantides dicuntur septem filie Atlantis uel He-
speri fratris eius, unde & Hesperides uocantur & Pleia-
des. Vide infra.

Athos uel Athō mōs iter Macedoniæ et Thraciæ.

inhumanit

Atreus filius Pelopis & Hippodamiæ rex Myce-
næarum, qui filios fratris sui Thyestis sibi insidiantis oc-
cidit, & illi comedendos apposuit. Quare Sol tantum fa-
cinus abhorrens, suum lumen abscondit.

Atridæ sunt filij Atrei, scilicet Agamemnon et Me-
nelaus.

Parca

Atropos dicitur una Parcarum. Nam tres fuerūt
deæ fatales, scilicet Clotho, Lachesis, & Atropos, quæ
uocantur etiam Parca, ut infra dicitur.

*Atus
vide plura fol.
30. 61.*

Attalus fuit rex Asiæ, uel Pergamæ qui à populo
Romano donatus eo regno, cum liberos nō haberet, po-
pulum Romanū heredem fecit, unde substantia eius am-
plissi

AT AV AX

plissima Romam est allata, à quo aulæ, id est, tapetū.

Attica uel Atte regio Græciæ inter Achaiā & Ma-
cedoniam sita, in qua fuit urbs Atheniensis.

Athenæ urbs in Attica, & rebus bellicis, & bonis
artibus celeberrima quondam, nunc autem perijt. Nomē
autem sumpsit à Palladē dea sapientiæ, quæ Græce dicitur
Athēna.

Attrebatum urbs Galliæ Belgiæ in regiōe quæ
uulgo Picardia dicitur.

Aufidus fluuius Apuliæ, & corripit i.

Auentinus est mons in urbe Roma iuxta Tybe-
rim, ubi templū est sanctæ Sabina, quod olim Dianæ fuit.

Auernus est lacus in Campania iuxta Baias, olim
propter circumstantes arbores tam fatidus, ut aues cum
uitarent. Vnde Græco nomine dictus est auernus, quasi
ἄραων id est, sine auiibus. Ponitur pro inferno, uel pro-
pter fetorem, uel propter Necromantiam quæ ibi exer-
cebatur.

Auenio uel Auinio ciuitas in Gallia Narbonensi.

Aulis est portus Boætiæ uel Eubiæ in insulæ, quo cō-
uenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiscentium.
Statius, Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis.
Hecateia, id est Dianæ sacra.

Auras fluuius Thraciæ ab Acmo in Istrum fluens.

Aufones populus antiquus in Italia. Vnde ipsa
Italia uocatur Aufonia.

Automedon fuit Achilles auriga, & accipitur
pro quocunque auriga.

Auxius fluuius Mygdoniæ.

Auxilius impæra for Rome. Va. f. h. c 3 Axan

Azan mons Arcadiae, ubi Cybele colebatur. *Statius*, Venit & ideis ululatus æmulus Azan.

Azotus ciuitas Palaestinae.

B

Babylon urbs grandis fuit in Chaldaea, à qua tota Chaldaea & Mesopotamia dicta est Babylonia. Habebat hæc urbs amplitudinem trecentorum, & octoginta stadiorum, uel ut ait *Plinius*, sexaginta milia passuum. Muri erant alti ducentis pedibus, crassi uero quinquaginta. Alia Babylon est in Aegypto à *Cambyse* erige Persarum condita, ut ait *Ioseph*.

Bacchus filius Iouis ex *Semele*, qui Indiam bello uicit, & usum uini tradidisse dicitur, unde uocatur deus uini. Vide infra *Semele*.

Baccha uel *Bacchis*, mulier *Bacchi* sacerdos, uel ebriosa.

Bactra pluraliter est regio Scytharum in Asia.

Bactrum urbs in Bactris. *Bactrius* fluius ibidem.

Bænacus est lacus Venetiae, circa Veronam urbem.

Bagrada flumen Aphricæ, prope *Viticam* urbem, media curta.

Baiæ oppidum Campaniae, inter puteolos, & *Misenum* secus mare: aëris temperie & ædificiorum pulchritudine Romanis olim frequentatum & celeberrimum. *Martialis*, ut mille laudem Flacce uersibus *Baias*, Laudabo digne non tamen satis *Baias*.

Baleares insulae duæ in Hispanico mari, ubi repperit primum fuit usus fundarum, quibus solis telis utebantur olim incolæ: hæc insula, nunc uulgo uocatur *Maiori-*

Bamba ex Hist. va. 7. B.

ca &

ca & *Minorica*.

Baltia insula magna in Oceano tridui navigatione distans à littore Scytharum. Inde *Balthicum* mare *Rostochium* & *Prusiam*.

Barce ciuitas Aphricæ, in Cyrenaica regione, alio nomine *Ptolomais*.

Bardi erant uates, aut magi, aut philosophi in Gallia. *Lu.* Vos quoque qui fortes animas belloque peremptas, *Laudibus* in longum *Vates* demittitis æuum, *Plurima* securi sudistis carmina *Bardi*.

Barum est urbs Apuliæ & Calabriae.

Bassareus dicitur *Bacchus* à *Bassara*, qui locus est *Lydiæ*. *Bassaris* *bassaridos*, id est *baccha* uel sacerdos *Bacchi*.

Bataui sunt Germaniæ populus in insula *Rheni*. Et inuenitur nunc media correpta, nunc producta. *Iuuenalis*, Hic petit *Euphraten* iuuenis domitorque *Batavi*. *Lu.* canus, *Vangiones* *Batavi*que truces &c.

Baucis anus pauper, quæ cum uiro suo *Palamone* *Iouem* & *Mercurium* susceperunt hospitio: & tandem mutati sunt in arbores. *Ouidius* octauo *Metamorph.*

Bebrycia regio Asiae, quæ & *Bithynia* dicitur.

Belgæ sunt populi Galliae, proximi Germanis, & *Rheni*: scilicet *Treueri*, *Colonienses*, *Maguntini*, *Remi*, *Brabantini*, *Flandrienses*, & *Hannonienses*.

Belides dicitur quinquaginta filia *Danai* filij *Beli* & fratris *Aegypti*. Nam *Aegyptus* habes quinquaginta filios, coegit *Danaum* fratrem suum, qui totidem filias habuit, ut illas filijs suis coniugio copularet. *Danaus* uero id

c 4 noluit,

mulieres
cintra

noluit, quoniam ex oraculo didicisset se occidendum ab uno filiorū fratris. Sed tamen ad nuptias à fratre coactus imperauit filiabus, ut uiros suos prima nocte necarent: quod omnes fecerunt præter unam Hypermedram, quæ uiro suo Lino, aut Lynceo pepercit. Qui postea interfecit Danaum.

Belus primus rex Assyriorum, filius Nembrod, qui Babylonem condidit.

Bellona dea belli, sororq; Martis. Vergilius, Et con sanguine sequitur Bellona flagello.

Mulier
Bellerophon filius Glauci regis Ephyrae, adolescens formosus, & summa uirtute, qui à Procto priuatus regno, iussus est illi seruire. Quare Sthenobæa Procti uxor eum adamauit, ac de stupro interpellauit: & spreta ab eo, corà rege, ipsum falsi criminis accusauit, quasi eam uoluisset opprimere. Proctus igitur uxori credens, Bellerophontē misit ad Heuricem, uel, ut alij dicunt, Ariobatē regem Lyciae patrem Sthenobææ cum epistola, qua crimen continebatur. Ille uerò uarijs hostibus eum ut occideretur obiecit. Sed Bellerophon semper uictor euasit. Misus etiam ut Chimæram monstrum necaret, ascendit Pegasum equum alatum, & hoc perfecit. Propter has uirtutes rex Heuricis uel Ariobates ei dedit Achimēnē alteram filiam suam in uxorem. Quod audiens Sthenobæa seipsam necauit. Bellerophon tandem in cœlū cū Pegaso uolens ascendere, cum in altum uenisset, decidit: sed Pegasus inter sydera positus fuit, ut fabulantur.

Beneuentum ciuitas Apuliae, prius dicta Maleuentum.

Balisarius dux. v. t. B.

Bernardus de Carpio. vet. D.

Bere

Berecynthus mons & oppidum Phrygiae, ubi colebantur Cybele, quæ ex hoc Berecynthia dicitur.

Bergomum oppidum Galliae in Italia ad montem situm.

Beronice, i producta, fuit mater Ptolemaei Philadelphii, & alia eiusdem filia. Item Herodis Agrippæ soror & uxor.

Besi sunt populus in Thracia, uel in Ponto. Ouidius, Viuere quam miserum est inter Besosq; Getasq;

Bethel ciuitatula distans ab Hierusalem, x. i. lapide, prius Luza dicta.

Betica est pars ulterioris Hispaniae à flumine Betis dicta. Nunc autem uulgo dicitur Granata.

Betulus est Hispaniae fluius, quo optime temperatur ferrum.

Bethsaida urbs Galilææ ad stagnum Genezareth.

Bias Prieneus unus de septem sapientibus & alijs prelatus. Cuius patriam Prienam cum cepissent hostes, ipse fugiens cum cateris, nihil rerum suarum secum tulit, dicens, Omnia mea mecum porto. Nam fortuita bona non putabat sua. Septem uero sapientes hi fuerunt, Thales Milesius, Solon Atheniensis, Chilon Lacedæmonius, Bias Prieneus, Pittacus Mytileneus, Cleobolus Lindius, Periander Corinthius.

Biblis filia Mileti nefando amore sui fratris exarsit. Quæ, propter hoc è patria profectum sequens tandem contabuit, ut ait Ouid. ix. metamorph. uel suspendit. ut ait idem de arte: Biblida quid referam uetito quæ fratris amore Arsit, & est laqueo fortiter ulta nefas?

c 3

Biblos

Biblos oppidum Phoeniciae. Vnde Biblij dicuntur homines ipsi.

Bion Borysthenites Athenis philosophatus, & calidus sophista.

Bilbilis est ciuitas Celtiberiae et fluius ciuitati uicinus, qui & Salo dicitur, quo ferrum temperatur optime.

Byrsa graece corium significat, quo nomine appellatus est locus in Aphrica, ubi post fuit condita Carthago. Nam Dido ex Tyro in Africam delata, emit tantum terere quantum posset corio bouis circumdare: quod corium scidit in tenues corrigias, & sic multum spatij comprehendit. Etia Carthaginis arx dicta fuit Byrsa. Virgilius, Facti de nomine Byrsam.

Byfalthe populus Scythicus iuxta Thraciam.

Bistonos, o curta, sunt dicti Thraeces, uel a rege Bistone, uel Stagno, quod Bistonium uocatur. Item Bistoniam ipsa Thracia.

Bithynia prouincia prope Asiam minorem, proxima Troadi, & ad portum sita, prius dicta Bebrycia, Migdonia, & magna Phrygia.

Biton & Cleobis fratres Argiui, qui matrem suam Iunonis sacerdotem. curru impositam, sicut equi traxerunt in templum per stadia xlv. Cumq; mater deam orasset, ut quod optimum esset premium filijs daret, subito defuncti sunt.

Bituriges uel Bituri populus Galliae, quorum Metropolis est Thuro.

Byzantium urbs Thraciae maritima, a Pausania Spartanorum duce condita in promontorio, quod Chrysoceras

Joceras dicitur. Post a Constantino Constantinopolis appellata & noua Roma.

Byzia fuit arx regum Thraciae hirundinibus inuisa propter scelus Tereti regis, de quo infra.

Blemmia monstri homines in Aethiopia sine capitibus: ora & oculos in pectore habentes.

Bocchus rex Maurorum & Getuliae qui Iugurtham regem Numidarum generum suum Romanis tandem tradidit. Sallustius.

Bœotia est regio in Attica non procul Athenis, in qua sunt Thebae. Nunc tamen a Vandalis ex Africa pulsis occupata, uocatur Vandalia.

Bootes est stella iuxta Plaustrum uel Ursam: alio nomine Arctophylax. Aratus, Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Et interpretatur boum custos, uel bubulcus.

Boij erant populus Galliae, uel ut alij uolunt Germaniae, qui post Boioarij, & nunc Bauari uocantur.

Borysthenes est magnus fluius Scytharum, in Euxinum fluens. Item populus ibidem, qui etiam Borysthenide dicuntur.

Bosphorus est strictus & angustus locus maris, iuxta Byzantium, dictus quasi bobus peruius. Et iste uocatur Bosphorus Thracius. Alter est Bosphorus remotior in Scythia, qui Cimericus dicitur. Lucanus, Sic stat iners Scythicas astringens Bosphorus undas.

Bouille uicus in uia Appia, inter urbem Romam & Ariciam.

Brachmanæ populus Indiae, quodam sapientiae studiofus,



diofus.

Branchus filius Apollinis, & Vates peritissimus: de quo Statius.

Brennus fuit dux Gallorum Senonum, qui Romā ceperunt. Item Brenni sunt Alpinus populus, à quo duces alij uocati fuere Brenni.

Briareus fuit gygas, alio nomine Aegeon, de quo superius. Dicitur habuisse capita l. & centū manus. Virgilius, Et centum geminus Briareus ac belua Lerna.

Bryax uel **Bryas** sculptor marmorarius, qui mausoleum fecit cum alijs.

Bryseus dicitur Bacchus, à Brysea oppido Aoniae.

Bryseis, id est, filia Bryseae, puella nobilis, quam ex urbe Phrygiae Lyrnesso rapuit Achilles in bello Troiano. Deinde Agamemnon rex Graecorum, illam Achilli abstulit, ob quod Achilles diu bello abstinuit.

Britania insula Oceani, inter septentrionem, & occidentem sita, & nunc Anglia dicitur.

Brixia urbs Galliae aut Lombardiae, à Germanis in Italiam transeuntibus condita.

Bromius est agnomen Bacchi dictū, à Graeco uerbo βρομος, quod est latine fremo.

Brontes dicitur unus Cyclopus & minister Vulcani. Et interpretatur tonitrus. Alter uocatur Steropes, id est, fulgur. Tertius dicitur Pyracmon, quasi ignita incus. Virgilius, Ferrū exercebant uasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus mēbra Pyracmon.

Hic ab Ouidio uocatur Aconides IIII. fastorum.

Brundisium urbs Calabriae, uel Apuliae, ad mare Adri-

Adriaticum.

Brutus est nomen plurium Romanorum cōsulum. Nam Iunius Brutus fuit primus consul Romanorū, qui urbem regio dominatu liberauit: post occisus in praelio à filio regis expulsi. Idem duos filios suos qui hostibus fuerāt, occidi iussit. Item Marcus Brutus, uir pratorius pro recuperanda libertate occidit Iulium Caesare: postea in praelio uictus ab Augusto, seipsum occidit. omnesq; sui complices intra annum perierunt. *Pollicanus*

Bubalus, quidam pictor Hipponacten poētam turpi facie, risus causa pinxit. Quare poëta tam grauer in illum scripsit, ut ille se suspenderet. *Pollicanus*

Bubastus ciuitas Aegypti prope Heliopolim.

Bucephalus equus Alexandri magni habens caput quasi bouis & ualde nobilis. Itē urbs, quam cōdidit Alexander in India ex nomine illius equi ibi occisi.

Busiris media producta, rex Aegypti, qui hospites mactās, ab Hercule mactatus fuit. Virgilius, Aut illaudati nescit Busiridis aras. Ouidius ait quod uates quidā Busirin adiit, suadens si sterilitatem uellet euitare, ut hospites mactaret. Tunc rex illum uatem primum mactauit.

Buthōrtum, media longa, urbs in Epiro.

C

Cacus erat latro in Italia, qui etiam villas incendebat, unde dicebatur filius Vulcani. Tandē ab Hercule cui boues sustulerat, est occisus. Virgilius in octauo. Quidam dicunt fuisse seruum Euandri regis.

Caducifer dicitur Mercurius, quasi ferens Caduceum, id est, uirgam pacis. Vnde et Caduceatores sunt legati *Pollicanus*

Cambrises uxoray. var. 7. C.

gati



menthana

Cyclopes

Aconides

Pollicanus

an de yram
Es carreca

Sosyphos

Lat
Virgo



gati pacis.

Cadurci populus Galliae in provincia Bituricēsi. Cæa per a diphthongum est insula in Aegæo inter Cyclades, patria Simonidis poetæ. Inde Cæus, cæa, cæu, de quo Valerius primo libro.

Cadmus filius Agenoris regis Phœnicum, qui à patre iussus querere Europam sororem suam à Ioue raptam, cum illam non inuenisset, nec ad patrem redire auderet, urbem Thebas in Bœotia condidit. Sed cum socij sui necati essent à magno serpente, illum occidit. Cuius dentes, cum terra obruisset, nati sunt ex illis armati uiri qui inter se mox digladiantes mutuis perierunt uulneribus. Sed quinque ex eis superstitēs arma proiecerunt, et cum Cadmo Thebas construxerunt. Post ipse Cadmus cum Hermione uxore sua, mutatus fertur in anguem.

Cæcubum fuit oppidum Latij uel Cæpaniæ, ubi nascatur optimum uinum: unde & pro uino illius loci ponitur.

Cæra uel Carete urbs Tusciæ, quæ & Agilla dicitur.

Cæyx rex Trachinis urbis, filius Luciferi, & maritus Halcyones. Qui nauigās ad Apollinis oraculū, submersus fuit. Cuius corpus in aqua uidens uxor eius, & ipsa se in mare demisit. Et ambo mutati dicuntur in auiculas marinas, quæ uocantur Alcyones. Vide infra.

Cæsar Augusta est urbs citerioris Hispaniæ, uel Tarraconensis affusa Ibero fluuio. Alij scribunt esse in Celtiberiâ.

Cæsena ciuitas in Flaminia, uel Romandiola.

Cæsarea

Cæsarea est nomen multarum urbium, in honorem Cæsaris Augusti sic appellaturū. Harū una est in maritimis Palæstinae ab Herode magno instaurata & sic nominata: nam antea dicebatur Pyrgus, uel Turris Stratonis. Alteram Cæsareā struxit Philippus filius Herodis ad radices Libani in Phœnicia, ubi sunt fontes Iordanis. Alia est Cæsarea in Cappadocia, & alia item in Mauritania.

Caïeta, e producta, est oppidum & portus Campaniæ, à nutrice Aeneæ nomen habens, ut ait Virg.

Caicus, i producta, est fluuius Phrygiæ, aut Mysiæ. Cayster est fluuius Asiæ, alluens Ephesum urbem.

Calais filius Boreæ & Orithyæ, frater Zeti. Vide Zetus.

Calabria est regio Italiæ post Lucaniam, uel pars Apuliæ.

Calaber, media correpta, id est ad Calabriâ ptinēs.

Calchas Testoris Troiani filius, & augur nobilis, qui initio belli Troiani transiit ad Græcos.

Calypso nymphea Oceani & Tethios filia, quæ insulam de se appellatam in Ionio uel Aphyrico mari habitabat. Ad quam uenit Vlysses naufragus, & septem annos apud eam fuit.

Calisto filia Lycaonis regis Arcadiæ, ex qua Iupiter genuit Arcadē. Quam grauidā uidens Iuno mutauit eā in Vrsam: quam cū filius ignarus rei uellet inuadere, Iuppiter ambos in coelum sustulit, & inter sidera posuit apud Polum Arcticum, unde uocantur arcti, id est, ursa. Iuno aut indignata, impetrauit ab Oceano, ut illa sidera non sineret ad se descendere, ut alia. Oui. 1. metamorph. Calypso. 1. Calisto. 6. Metam. Var. 7. C. Caly

caia p. l. a. m. i.

idem Vir. roma. met. Var. 7. C.

Vrsæ

+ Vinum.

muji



Calydon uel **Calydonia**, est urbs Aetholiae.
Callimachus Cyrenensis poeta Græcus, qui multa scripsit in omni genere carminis.
Calliope uel **Calliopea**, est una Musarum ceteris excellentior. Virgilius, Vos ò Calliope precor aspirate canenti. Ouidius, Prima sui cepit Calliope chori.
Callisthenes philosophus Aristotelis discipulus, & cōsanguineus. Qui Alexandrū regē in Asiam secutus, cū liberius regem insolentia argueret, ab illo est occisus.
Callithoe fōs in Attica, & alius in Iudæa salubris.
Calchis urbs Metropolis, in Eubœia insula.
Calchedon urbs Asiae uel Bytiniæ iuxta Bosphorum contra Byzantium, id est Constantinopolin sita.
Caldæa regio orientalis quæ & Assyria & Babylonia dicitur, ab urbe Babylone. Item Chaldæi dicuntur Astrologi, quia in Chaldæa multi fuerunt astrologi, & magi, hoc est sapientes, quos reges aliqui uocant.
Caleni populus Campaniæ apud quos bonū nascitur uinū, quod & Caleniū dicitur. Quinetiam oppidum eorum uocatur Calenum, uel Cales calium pluraliter.
Chalybs fluuius Hispaniæ, aut Celtiberiæ quo optime temperatur, aut tingitur ferrū. Vnde populi finitimi dicuntur Chalybes. Sunt etiā Chalybes populi in Ponto. Calibs etiā durius ferro metallum: gallice acier.
Callipolis urbs Helleponti uel Troadis.
Calpe est altus mons in fine Hispaniæ Beticæ, situs ad mare, quod Europam secernit ab Africā. Cui monti oppositus est in Africā mons Abila. & illi montes dicuntur columna uel metæ Herculis.

+
Repub. scripto

+
Vino

Quædam

Came

Camerina ciuitas Siciliae. *im. Palus.*
Camertes populus Umbriae.
Cābyes media producta, rex Persarū filius Cūri.
Camillus nobilis Romanus, qui Faliscos in ditio-
 nē accepit, Veios cepit. Deinde per inuidiā urbe expul-
 sus, cum Senones exercitum Romanum sudissent, urbem
 cepissent, & Capitoliū obsiderent, Camillus rogatus ab
 ijs qui obsessi erāt, exercitu collecto, Gallos fugauit. De
 hoc etiā lege infra Falisci, & apud Iustinum & Flo-
 rum historicos mira.
Cānace, media curta, filia Aeoli regis uentorum,
 quæ ex fratre suo Machareo clam cōcepit, & peperit.
 Quo cognito pater infantem iussit exponi, uel projici,
 & filia gladium quo se necaret misit. Machareus autē
 fugit Delphos, sacerdos Apollinis factus.
Cana oppidum in Galilea.
Candacis, media curta, fuit quædā regina Aethio-
 pum, temporibus Augusti Cæsaris in insula Meroë, à
 qua deinceps omnes illius loci reginæ uocantur Canda-
 ces. Nam mulier regnare solet in Meroë. Inde Canda-
 cis Eunuchus.
Cannæ cannarum uicus Apuliæ, apud quē Hanni-
 bal Romanos grandi clade affecit, occisis XLIIII. mili-
 bus hominum, inter quos fuit Paulus Aemilius consul.
Canopus, o producta, fuit ostium Nili, & urbs
 in eo quæ nunc Damiata dicitur, non procul ab Alexan-
 dria, & pro Aegypto ponitur.
Canusium oppidum Apuliæ.
Cātabri populus Hispaniæ in Galæcia puincia
 d ad Py

Vien. Tot
mulier

ad Pyreneum. Alij ponunt in Tarraconēsi ad Oceanū.

Chaonia est Montana pars Epiri. Est etiam adie-
tium. Vnde columbæ Chaoniæ.

Capaneus est unus è septem ducibus, qui Thebas
oppugnauerunt, bellicosus, superbus, & deorum cõtem-
ptor. Qui ut ait Statius, humana arma contēnens, Iouē
prouocauit ad prælium, à quo fulminibus est extinctus.
Ouid, Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Capharnaum oppidum Galilææ, ad stagnū Ge-
nezareth: ubi dominus prædicauit.

Caphareus mons altus in Euboia insula, Helle-
spontum uersus: apud quem Græci à Troia redeuntes
naufragia fecerunt, dolo Naupli patris Palamedis, iniu-
ste ab illis occisi. Nam Nauplus Euboia rex, ut filij mor-
tem uindicaret, posuit facem super hunc montem. Quæ-
re Græca classis, illuc ut in portum nauigās, in scopulos
incidit. Virgilius, Scit triste Mineruæ Sidus & Euboicæ
cautes, ultorq; Caphareus.

Cappadocia est regio Pötica, confinis Armeniæ,
à qua per Euphraten diuiditur.

Cappadox populus ille dicitur, unde rex Cappa-
docum pro diuite.

Capræ Caprearum, insula contra Surrentum ur-
bem Campaniæ.

Capua fuit olim nobilis urbs Campaniæ, cuius Ca-
pys fundator dicitur.

Caria est prouincia in Asia minori, inter Lyciam,
& Ioniam, cuius incolæ uocantur Cares.

Charybdis est periculosus locus maris inter Cala-
briam

briam & Siciliam. Nam aqua ibi nunc absorbetur &
tendit ad profundum, nunc eleuatur in altum. Ouidius,
Hic uomit epotas dira Charibdis aquas. Vnde inter Syr-
tem & Charybdin nauigare, est in periculo esse.

Carinæ Carinarū est uicus in urbe Roma, ubi sunt
uincula sancti Petri a postoli.

Carystos est insula in Aegeo, una Cycladū, in qua
est marmor uarij coloris, quod Carysteum dicitur.

Charites, id est, gratiæ, dicuntur tres filia Iouis et
Eurymones: scilicet Aglaia, Thalia, Euphrosyne, uel Pa-
sithea, à χάρις quod est gratia.

Carmania regio orientalis prope Indiam & Ru-
brum mare.

Carmelus mons Phoeniciæ inter Casaream & Ty-
rum, à quo Carmelitæ.

Carmentis mulier uaticinatrix, mater Euandri
regis, unde Romæ porta Carmentalis. Hæc literas inue-
nisse dicitur latinæ, sicut Cadmus Græcæ.

Carni populus Alpinus circa Noricos, super quos
Apeninus incumbit.

Carnotum uel Carnutum est urbs Galliæ in Fran-
cia, inde Carnutenses.

Charon dicitur portitor apud inferos, qui animas
defunctorum per Stygem, & Acherontem uehere dici-
tur à poetis. Vide Vergilium in sexto aneid.

Carpathos est insula inter Rhodum et Aegyptū,
unde nomen habet mare Carpathium, & corripit pa-

Carthago urbs nobilis in Africa, à Didone filia
Beli regis Tyri condita longè ante Romam. Tria bella

Cinjala ibi. uita Calipso, d. 2 cum
Caro lus, rex francoy. wa. 7. C.



Universitas de D...
Biblioteca
 cum Romanis gesit, & tandem à Scipione cōbusta fuit, qui Africanus cognominatus est.

Carra urbs Mesopotamiæ uel Assyriæ. Lucanus, Miserrando funere Crassus Assyrias Latio maculauit sanguine Carras.

Caspium montes sunt in septentrione apud Armeniã, & Hircaniam, & Parthiam: ubi etiam sunt portæ Caspiæ, id est, uia angusta per illos montes. Ibi & Caspium mare, de quibus in sacris literis.

Casius altus mons Syriæ prope Seleuciam, in cuius summitate solis splendor quarta uigilia uideri potest. Alter est eodem nomine mons in finibus Aegypti iuxta Pelusium ostium Nili, in quo fuit templum Iouis Casij, & sepulchrũ magni Pompeij, quem Casar persequatur.

Casiope uxor Cephei regis Aethiopi, quæ Nymphis se pulchritudine prætulisse dicitur. Quare indignata illæ, filiam eius Andromaden saxo alligauerunt, ut à belua marina deuoraretur. Vide supra Andromada. Est etiam coeleste signum uel sydus, & potest dici Casiopeia. Vide Hyginium.

Castalius est fons in radicibus montis Parnasi, Musis dicatus: ex hoc uocantur Castalides Musæ, & chorus Castalius.

Castor & Pollux gemini fratres filij Iouis & Leuæ, qui mare tueri solebant à Pyratibus, unde dicuntur dij maris. Item Castor dicitur fuisse mortalis, Pollux immortalis. Ergo cum Castor obiisset, Pollux cum fratre diuisit immortalitatem suam, ita ut alternis diebus uiuât. Hoc ideo fingitur, quia sunt duo sydera quæ uocantur Castor & Pollux,

24
 & Pollux, quorum uno oriente, alterum occidit.

Catana media curta, est ciuitas Siciliae prope Aetnã montem, patria sanctæ uirginis Agathæ, & à qua urbs sublimatur.

Catilina Romanus nobilis sed uitiosus, qui cum multis alijs coniurauit contra Romanam rempublicam: sed deprehensus, & urbe pulsus à Cicerone, tunc consule, congregauit exercitum, cum quo uictus & occisus fuit, de quo Sallustius.

Cati populus Germaniæ, circa Ungaros uel Hirciniam syluam.

Caucasus media correpta, mōs Scythiæ altissimus & longissimus, qui ab India tendit per totũ ferè septentrionem, sed uaria nomina sortitur.

Caudium uicus Apuliæ, ubi Sannites Romanum exercitum dolis captum, & conclusum sub iugum miserunt. Dicimus etiam Furcas Caudinas. Nam sub iugum nisi per furcam ibant.

Cecrops fuit primus rex Athenarum, à quo Athenienses uocantur Cecropidae, & mel Cecropium, hoc est Atheniense.

Cedar regio in eremo Saracenorum, à Cedar filio Israhel.

Celenæ ciuitas principalis in Phrygia. Lucanus, Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ.

Celano una ex Harpyis, & interpretatur atrum. Vide Vergilium.

Celtæ sunt Galliæ populi, inter Sequanam & Garumnam fluuios habitantes: scilicet Burgundi & Franci,

Casar imperator. va. 7 c. d. 3 à quibus

quibus terra dicitur Celtica.

Celtiberi populus Hispaniæ in Galacia, à Celtis orti. Luc. Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.

Chemmis fuit rex Aegypti, qui grandem & mirabilem struxit Pyramdem, quam trecenta & sexaginta milia hominum uiginti annis parauerunt, ut ait Diodorus Siculus.

Cenis promontorium Italiæ, in Brutijs oppositum Peloro Sicilia.

Centauri populus Thessaliæ circa Pelium montem: qui primi in equis pugnasse dicuntur. unde orta est fabula, quod Centauri fuerint animalia composita ex homine & equo. Et dicuntur semiseri, & bimbres, & nubigenæ, id est, ex nube geniti. Nam Ixion ex nube genuit Centauros. Vocantur etiam Hippocentauri, id est, equorum stimulatōres.

Cenchreae portus & Emporium Corinthiorum.

Cepheus rex Aethiopum & pater Andromeda translatus inter sidera.

Cephisus fluius in Phocide præterfluens oppidū Delphos. Luc. Fatidica Cephisus aqua.

Ceraunia sunt alii montes Epiri, separantes Ionium mare ab Adriatico, à κέραιος quod est fulmē, quia crebris fulminibus appetuntur. Etiam uocantur Acroceraunia.

Cerberus, e curta, Canis triceps, & grandis in uestibulo inferni: dictus quasi Creoborus, id est, carnes uorans.

Cercyon fuit latro i Attica, occisus à Theseo. Ouidius,

dius, Cercyonis lethum uidit Cerealis Eleusis.

Ceres filia Saturni & Opis, quæ ex Ioue Proserpina nam genuit, de qua infra Proserpina. Itē Ceres dicitur inuentrix frugum fuisse.

Cereturum oppidum in Umbria, inter Spoletum & Nursiam, à quo ccerimonia.

Cherronesus, uel Chersonesus, est terra peninsula Cethegus nobilis Romanus, qui cum Catilina contra rempublicā coniurauit, deprehensus & occisus à Cicerone consule, & producit mediam. Vnde Horatius in arte, Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

Cyanea, e curta, Nympha Siciliensis ob raptum Proserpinæ, sodalis suæ, slendo in fontem uersa. Est enim fons prope Syracusas.

Cyanææ sunt insule aut saxa in Ponto per quæ nauigatur cum periculo. Vnde quia nauigantibus præ timore uidentur concurrere, uocantur Syndromades, et Symplegades.

Cybele uxor Saturni, quæ & Ops, & Rhea, & Bona dea, & Berecynthia, ac Mater deum uocatur. Virgilius, Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; ara. Quædoque duplicatur. Lucanus, Et lotam paruo uocant Almone Cybellem, quare media est indifferens.

Cicones populus Thraciæ, iuxta Hebrum. Ouid. Flumen habent Cicones, quod potum, saxea reddit viscera: quod tactis induxit marmora rebus.

Cyclades sunt multe insule in Aegeo, uel Myrto mari, in circuitu Deli insule positæ, ut Andros, Scyros, Tenos, & cetera.

circinata uide Cicio à a Cyclo



Cyclopes erant Gygates unoculi, in Sicilia prope Actna montem: fabri Iouis & ministri Vulcani. Vergil. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro.

Cydippe puella pomo decepta ab Acontio. Ouid. Littera Cydippem pomo perlata fefellit. Insciaq; est uerbis capta puella suis. Vide Acontius.

Cydnus fluuius amoenus, & saluber, in Cilicia traens urbem Tharsum.

Cydon urbs in Creta insula. Inde Cydonius, id est, Cretensis. Etiam Cydon ponitur pro Cretesi: a qua Didonia.

Cilicia est regio in Asia minori contermina Syria, a Cilice filio Agenoris dicta. Sed Cilicium quo maceratur caro: Gallice, haire.

Cyllarus, a curta, fuit equus Castoris, uel Pollucis secundum Vergilium.

Cyllene mons Archadiae, ubi Mercurius dicitur natus, & inde Cyllenius uocatur.

Cimbri populus Septentrionalis, & interioris Germania. Qui Rhenum transcentes per Gallias Romanam contederunt cum grandi numero: quos C. Marius profugauit.

Cimmerij populus Scytharum, procul in septentrionem.

Chimera mons in Lycia fumum & flammam eructans quandoq;. De hoc fabulantur poetae, quod sit monstrum, anterius Leo, posterius Draco, & in medio Capra. Vel, ut Hesiodus inquit: habet tria capita, unum Leonis, alterum Caprae, tertium Draconis.

Simon

Cimon Atheniensis dux, filius Miltiadis: qui ut sepeliretur corpus patris in carcere mortui, ipse pro illo ligari se fecit. Postea Persas superauit terra & mari.

Cinyras rex Cypri, qui ex Myrtha filia sua, nescius Adonidem genuit. Strabo autem scripsit quod regnauit in Phoenicia in urbe Biblio.

Cinyps fluuius Garamantum in Libya, apud quem magni sunt Hirci.

Cynocephali sunt bestiae ex genere simiarum, humanae speciei, sed canino capite in Aethiopia.

Cynosura est minor Vrsa. Vide supra Arctos.

Cynici erant philosophi, quorum princeps erat Diogenes Sinopensis. Et dicuntur Cynici, id est, canici, uel propter acerbam suam inuentionem in malos: uel propter impudentiam suam, quia publice & palam coibant cum uxoribus more canum.

Cynthus mons in Delo insula ubi nati sunt Apollo, & Diana: unde Cynthius dicitur Apollo, uel Sol: & Cynthia Diana aut Luna.

Chios insula in Aegeo mari, una Cycladum: in qua nascitur optimum uinum. Inde chium adiectiuum quod producit, cum primitiuum corripit.

Cyparissus puer formosus in Caea insula, dilectus Apollini. Qui puer cum ceruum sibi charum imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in arborem lugubrem, quae Cypressus uocatur.

Cyprus insula diues in Carpathio, uel Cilicio mari, Syriae, & Ciliciae opposita, Veneri consecrata. Hinc Venus Cypris, uel Cypria dicitur, aut Cyprigena.

Circus

Die festi July

mons

haam

Circe filia Solis, & Persa nympha, quae habitas in Monte Circeo tuc, insula circa Campaniam, homines ad se uenientes, carminibus & ueneficijs mutabat in uarias bestias, sicut etiam fecit socijs Vlyssis, quos tamē Vlysse rogante restituit. Alij dicūt fuisse filiam Oetae regis Colchorum.

Circei locus maritimus in Campania, dictus à Circe, quae ibi morabatur.

Cirene filia Penei regis Arcadiae, quam Apollo rapuit, & in Libyam duxit, & ex ea genuit Aristem, Nominum, Acteum, & Argeum. Est & urbs Libyae, inter Aegyptum & Syrtis.

Cyrenaica est prouincia Aphyrica uersus Aegyptum, quae & Petaopolis dicitur à quinq; ciuitatibus, inter quas principalis est Cyrene.

Cyrenaici sunt philosophi qui & Epicurei dicuntur, qui statuunt summum bonum in uoluptate corporis. Dicti ab Aristippo Cyrenaico.

Ciris dicitur Scilla, filia Nisi regis, mutata in auem cirim, id est, alaudam. Vide Scilla.

Cirnos insula in Ligustico mari, alio nomine Corsica: inde Cyrneus.

Cyron fuit cetaurus filius Saturni, ex Phyllira nympha. Vnde & Phyllirides dicitur. Fuit uir doctus & iustus, qui uires herbarum nouit, & musicam, cui Thetis Achillem filium suum tradidit erudiendum. Tandem cum sagittas Herulis admirando teneret, ab illis laesus obiit, mutatus in coeleste signum, quod Sagittarius appellatur. Vide Ouidium in principio de arte.

Cyrus rex persarum. m. sep. 9.

Cyrus

Cyrus primus rex Persarum potentissimus, quem infantem Astyages rex Medorum eius auus maternus, iussit exponi. Sed regius pastor inuentum canis ubera suam gentem nutriuit. Deinde Astyagem praelio uicit, & regnum ad Persas transtulit, quod & ualde auxit. Tandem à Tomyri Regina Scytharum, quibus bellum intulerat, occisus est. Fuit autem mirabilis memoriae.

Cyrrha oppidum in Phocide in radicibus Parnasi montis Apollini sacrum, Martialis, Quid tibi cum Cyrrha quid cum Permessidos unda.

Cisseus rex Thraciae, pater Hecubae uxoris Priami, à patre dicitur Cisseis.

Cythera, e producta, est ciuitas in Cypro. Est & insula circa Laconiam, ultima Cycladum. Et declinatur tantum pluraliter.

Cythera penultima producta, id est Venus sic dicta à Cytheris urbe uel insula sibi sacra, uel dicitur Cytherea. Virg. Parce metu Cytherea.

Citheron est mons nemorosus, in Boeotia Musis & Poëtis dicatus, & producit mediam. Ouidius, Vadit ubi festus facienda ad sacra Citheron.

Citheriades Musae, dicuntur à Citheronte monte praedicto.

Cytorus, o producta, mons in Paphlagonia.

Cytis insula Arabia, ubi Topazius lapis inuenitur.

Cyzicus nobilis urbs Asiae, ad Propontidem uel Hellepontum sita.

Clanius fluius Campaniae prope Neapolim: sic dictus est à uiolis quae in ripis eius abundant. Nam

Cladius, fia eufimporata. m. 7. C. graece



*+
Cyrus
Cyrus*

*Cenarius
+
Muspia
C. Colonia*

Loetas



*Danza
Studio*

Græce uiolam significat κλέος.

Clarius Apollo dicitur uel à Claros insula una Cy eladum, uel à Clario oppido Asia.

Clarchus philosophus quidam. Item alius tyrannus Heracleæ ciuitatis, de quo multa Iustinus in x v i.

Cleantes Asianus philosophus Stoicus, Zenonis auditor, pauper et laboriosus, qui noctibus aquam hauriendo et pinsendo uictum quærebat.

Cleobis, quære superius Biton.

Cleobolus Lyndius unus de septem sapientibus, uide superius Bias.

Cleone, o longa: oppidum Arcadiæ circa Nemeam regionem, ubi Hercules terribilem leonem interemit: hinc Cleoneus, a, um.

Cleopatra regina ultima Aegypti, quam cum Antonio superauit Augustus. Quare ipsa se interfecit, serpentibus admotis uberibus suis. *va. cap. 2. 3. 0.*

Clymene Nympha Oceani et Tethios filia, et mater Phaëtontis.

Clio dicitur una Musarum, à κλέος quod est gloria.

Clytemnestra filia Tyndari et Leda, coniunx Agamænonis regis, quem à bello Troiano reuersum ope Aegisthi adulteri occidit: deinde Orestes filius eam rursus in uindictam patris necauit.

Clitomachus Carthaginensis clarus philosophus, auditor et successor Carneadis.

Clitorium oppidum Arcadiæ, ubi fons est qui potantibus inducit odium uini.

Clitumnus fons et fluuius Umbriæ.

Clodius

Clodius nobilis Romanus, sed nequâ et moechus, et Ciceronis inimicus, quem cum esset tribunus plebis urbe expulit. Occisus tandem à Milone.

Clœlia uirgo Romana cum alijs uirginibus, et adolescentibus ob ses data Porcennæ regi Hetruscorum Romanam obsidenti. Sed ista deceptis custodibus Tybrim transiens in urbem rediit: cui postea propter uirile opus equæ stris statua fuit posita. *mulo.*

Clotho est una Parcarum, à græco uerbo κλέος quod est neo. Item alia nympha marina filia Nerei.

Cnidos uel Gnidos urbs Caria, ubi Venus colebatur.

Coaspis fluuius Medorum apud Persas in Tigrin fluens. Eius aqua tam dulcis est, ut reges Persarum sibi eam uendicent, et ex ea potare soleant.

Cocytus fluuius inferorum ex Styge ortus. Virg. Cocyti stagna alta uides, Stygiamque paludæ. Et interpretatur luctus.

Cocles fuit Romanus uir fortis, qui irruentes in urbem Etruscos tunc hostes, stans in ponte solus retinuit. *Victoria.*

Codrus rex Atheniensis qui inter Athenienses et Dorientes orto bello cum respondisset oraculum, Athenienses fore uictores, si rex eorum mortuus esset, et ob hoc Dorientes regem illorum tangere uetuisent: ipse Codrus rex indutus habitu rustico, hostes uirgibus et conuicio aggressus, concitauit eos ad occidendum se. Quo cognito discesserunt hostes sine praelio. *va. 9. c.*

Cœus gygas Titani et Terræ filius pater Latone et Asteries.

Cœos

Cæos est insula una Cycladum quæ & Cæa dicitur: unde fuit Simonides poeta.

Colchos est regio Scythica & orientalis in Asia intra Meotin & Caspium mare in Ponto. Colchi uocantur incole.

Colchis dicitur mulier ex regioe Colchica, & præcipue Medea, quæ fuit filia Oætæ regis Colchorum.

Collina porta fuit Romæ per quam ibatur ad collem Quirinalem. Eadem Salaria dicebatur.

Colossæ uel Colossis, urbs Phrygiæ prope Laodiceam quæ temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli urbibus Asia, terræ motu cecidit, ut inquit Orosius.

Colophon urbs Libyæ. Horatius, Smyrna quid et Colophon.

Comagene penultima producta, regio orientalis, uel pars Syriæ. Iuuenal.

Tractato Armenius uel Comagenus Aruspex.

Comum uel Nouocomum urbs Gallie Italica, id est, Lombardiæ. Inde Comensis.

Conon Atheniensis dux clarus: qui cum exularet, Lacedæmonios auxilio Persarum superauit.

Coptus urbs in finibus Aegypti.

Corax filius Cathilli Argiui, & frater Tiburti, unde cognominatum est oppidum Volscorum Cora. Item Corax orator Siculus.

Corduba ciuitas Hispaniæ Bethicæ, patria Senecæ philosophi & Lucani poetæ & Auicennæ medici.

Corybantes populus in Creta, qui cum Curetibus Iouem infantem aluisse dicuntur, & fecisse tinnitus, ne Saturnus

turnus qui filios deuorabat, uagietem illum audiret. Alij dicunt fuisse sacerdotes Cybeles.

Corycus est mons in Sicilia, in quo nascitur optimum crocum. Etiam est oppidum Ciliciæ. Inde Coricius.

Corioli Coriolorum, fuit urbs Volscorum.

Coriolanus fuit nobilis Romanus à Coriolis urbe quæ ceperat cognominatus. Qui per inuidiam in exiliū missus, ad hostes, id est, Volscos iuit, & illorū dux factus Romam obsedit. Territi Romani miserunt ad eum pro pace primò senatores, deinde sacerdotes. Qui cum flectere eum non possent, tandem mater & uxor eum flexerunt ut exercitum hostilem à patria tolleret. Quare irati Volsci eum occiderunt. Alij dicunt quod seipsum necauit.

Corcyra, y pducta, est insula in Ionio mari, ubi olim Phæaces habitabat, ad quos Ulysses uenit naufragus.

Coronis Coronidos, Nympha Thessalica amica Apollinis, qui ex illa genuit Aesculapium. Sed ubi resciauit eam cum alio rem habuisse, necauit eam sagitta anatequam pareret, & infantem exemit ex utero eius.

Corinthus urbs nobilis & diues Achaiæ, sita in Isthmo, id est, angusta terra inter duo maria, scilicet Ionium & Aegeum, prius Ephire dicta, postea à Romanis euersa, & deinde ab Augusto reparata.

Coritus, i curta, oppidum Ethruviæ, dictum à Corito patre Dardani. Nunc Cornetum uocatur.

Corone oppidum Achaiæ uel Boeotia.

Corona signum caeleste, Vide Hyginium.

Corfica, i curta, insula in Ligustico mari, quæ & Cyrnos.

Constantinus max. 2. 7. c.

Corty



Cortyna urbs Cretæ. Scribitur etiam Gortyna.

Cous, uel melius Coos, est insula in Aegeo una Cydadu, ubi bonum uinum nascitur. Inde Cous adiectiuu.

Cragus mons & urbs Lyciæ.

Cranaus secundus rex Athenarum, successor Cæropis.

Cantor Solensis philosophus Academicus, auditor Xenocratis.

Crates Atheniensis Academicus philosophus, auditor Palamonis et successor. Alter fuit Crates Thebanus Cynicus, discipulus Diogenis.

Cratinus Atheniensis poëta ueteris comœdiæ scriptor, uinosus & libidinosus.

Cratippus Philosophus Peripateticus Athenis temporibus Marci Tullij.

Cratis Cratidis fluius Achaïæ. Item fluius Calabria.

Creon rex Corinthiorum. Alius Thebanus tyrannus à Theseo necatus. Item alius Thebarum rex à Lyco occisus.

Creta insula quæ ab Occidente habet Adriaticum mare, à Septentrione Creticum mare, ab Oriente Carpathium, ab Austro Aphricanum. In hac Iupiter natus esse & regnasse perhibetur.

Cremera fluius in Thuscia, prope quem olim cæsi fuerunt trecenti & sex Fabij, cum obsiderent urbem Veios. Ouidius primo fastorum, Vt celeri passu Cremeram tetigere rapacem: & cætera.

Creusa filia Priami uxor Aeneæ. Alia Creontis

uxor

uxor Iasonis.

Chriseis, id est, Astymone filia Chryseæ Sacerdotis Apollinis, quam puellâ rapuit Agamemnon ex Thebis urbe Ciliciæ. Chryses autem cum supplicaret Agamemnoni ut filiam sibi redderet, & ille reddere nollet, inuocauit Apollinē pro auxilio. Apollo igitur peste Græcos tam grauitè affluxit, ut Agamemnonē cogeret puellam patri restituere, ut scripsit Homerus.

Chrysippus philosophus Stoicus, auditor Cleanthis ingeniosus, acutus, & in multis à Zenone & Cleanthe dissentiens. Præcipuus fuit in Dialecticis. Multa scripsit, sed nimis prolixè ut aiunt.

Chryoceras promontorium Thraciæ, in quo est Byzantium, id est, Constantinopolis.

Crito Atheniensis, amicus Socratis, cui Plato librū inscripsit de morte Socratis.

Critheis mater Homeri.

Cræsus ultimus rex Lydiæ ditissimus, à Cyro rege Persarum uictus. Cumq; iterum rebellasset, iterumq; uictus esset, et ignibus addictus, clamauit. O Solon Solon. Interrogante Cyro quis ille Solon esset; ait Cræsus: Solon uir sapientissimus olim me monuit neminē esse in hac uita felicem: quod nunc experior. Tunc Cyrus uarietate fortunæ cogitans, eum dimisit. Alij scribunt grandi pluuia ignem fuisse extinctum.

Croton urbs Calabria. Inde Crotoniata, nomen gentile.

Ctesiphon uicus maximus, uel urbs prope Seleuciam, ubi reges Parthorū hyemare solebāt. Etiam est no-

c

men



men uiri, pro quo habuit & scripsit orationē Demost.
Creticon absq; aliqua aspiratione & i latino scribitur, dicitur à nostris possessiuum.

Cumæ Cumarum urbs Campaniæ prope Baias ad mare Tyrrenum, quam Chalcidenses ex Eubœia profecti edificauerunt. In ea habitauit olim una Sibyllarū Cumæa, uel Cumana dicta. Nunc penitus deserta dicitur.

Cures Curium fuit oppidum Sabinorū, patria Numa secundi regis Romanorum.

Curetes populus in Creta, qui Iouem infantem natiuerunt. Ouidius, Pars clypeos manibus, galeas pars tundit inanes, Hoc Curetes agūt, hoc Corybantes opus.

Curius consul Romanus, qui cum Samnitibus & Pyrrho rege bella gessit, magnanimus & diuitiarū contemptor. Nam cum legati Samnitum magnum pondus auri ei attulissent, accipere noluit, dicens, se malle locupletibus imperare, quàm esse locupletem.

Curtius fuit nobilis Romanus, qui in mortē se dedit pro salute populi Romani. Nam cū in foro Romano terribilis hiatus terræ subito esset exortus, dixerunt Vates, quod nobilissimam uictimā peteret Pluto, & nisi nobilissimus uir in illum hiatus se mitteret: grande periculum urbi immineret. Quare Curtius armatus in illum equitauit, & mox hiatus ille desijt.

D

Dacia regio Scythica uicina Thracia, uel inter Thraciam, & Germaniam. Nam Dacos à Germanis Ister fluiuius separatur. Sunt autē Daci, qui nunc Transilvani uocantur. Appellatur nūc Dacia alia regio quæ

Dan. & P. cap. 19. Dani

Dani habitant: uulgo Danmarchia.

Dædalus Atheniensis faber ingeniosus, qui lignariam fabricam dicitur inuenisse, ut Serram, Asciam, Tegebram: hic in Creta insula fecit Labyrinthum: & tandem sibi & Icaro filio fecit alas, ut fabulantur, quibus peruenit in Siciliam & Italiam, quod ideo fingitur, quia primus uela nauium repperit.

Dalmatia regio iuxta Illyricum inter Pannoniam & Macedoniam, quæ nunc Sclauonia dicitur, & Dalmatæ ipsi Sclauii.

Damascus uetus urbs, Syria caput, in regione Decapoli.

Danaë per treis syllabas, Acrisij filia, à patre turri inclusa, sed à Ioue specie imbris auri grauidata, unde filium nomine Persecum peperit. Quo cognito pater eam cum infante conclusam in arca lignea misit in mare. Vnde Danaë sic in Italiam peruenit, quam Pylumnus rex auus Turni duxit uxorem. Vide etiam Acrisius.

Danaus filius Beli qui in Aegypto regnauit, sed tandem Aegypto fratri suo regnū relinquēs, uenit in Achaïam, & ibi regnauit. Vnde Achaïa dicta est Danaa: & ipsi Achæi, uel Græci uocantur Danaï. Hic habuit filias quinquaginta: de quibus uide superius Belides.

Danubius fluiuius grandis qui Germaniam à Dacia separatur, & per Hungariam fluit, tandem multis ostijs in Pontum ruit, alio nomine Ister.

Dan uicus Galiliæ, & terminus Iudææ prouinciæ, Vnde Iordanis oritur, à quo Iordanis deducitur fluiuius

David. prof. va. 7. 2. Iudææ.



81
 +
 inuenit
 car. p. 100

curia pa
 ca

Iudæa.

Daphne filia Penei fluij Thessaliæ, quam cum Apollo amaret, & fugientem sequeretur: in arborē laurum conuersa dicitur. Ouidius primo metamorpho. inde lauro poetæ coronantur propter Phœbum.

Daphnis filius Mercurij fortissimus, & diues pastor.

Dardanus Iouis filius ex Electra uxore Coryti: qui cum occidisset Iasum Coryti filium, fugit in Samo- thraciam, & deinde in Phrygiam, quæ ab ipso uocata est Dardania.

Dardanidæ sunt Phryges & Troiani, sic dicti à Dardano rege. Item Dardanis Dardanidis, mulier Troiana.

Dardani sunt fera gens inter Epirum, & Macedoniam iuxta Triballos.

Daulia uel Daulis oppidum Phocidis, sub ditone Terei regis Thracum, unde Progne uel Philomela dicitur Daulis auis. Ouidius: Deslet Threicium Daulias ales Ithym.

Daunia est regiuncula iuncta Apulia, uel pars Apulie: à Dauuo rege sic dicta.

Decapolis est regio Syriæ propinqua Iudæa, quæ habuit decem urbes: inter quas erant Damascus, Gadara Scythopolis.

Decius fuit Romanus consul, qui in bello se deuotus, id est, morti obtulit pro patria. idem fecit filius eius postea, qui etiam Decius dictus fuit. *va. f. Ro. 21.*

Deidamia filia Lycomedis regis Syriæ, ex qua Achilles

Achilles in habitu muliebri apud Lycomedem latens genuit Pyrrhum.

Deianira filia Oenci regis Calydonia, & Vxor Herculis, cui & Hillum filium peperit. Cum autem Hercules transiturus esset Eucum fluium, Nessus Centaurus se sponte obtulit traducere Deianiram. Quam deinde cum uiolare uellet, Hercules in eum immisit sagittam. Nessus autem ut mortem suam uindicaret, dixit Deianira, ut suo sanguine liniret Hercules uestem, quo illum retineret in amore sui. Paulo post cum Hercules Iolem uirginem rapuisset, Deianira memor uerborum Nessi, ueste cruore illo linitam Herculi misit. Qua ille indutus, tam grauitur cruciatus est, ut tandem se in ignem mitteret. Quo audito Deianira se interemit. Ouid. Impia quid dubitas Deianira mori.

Deiphobus filius Priami & Hecubæ. qui post mortem Paris Helenam duxit, quæ illum e apta urbem tradidit Menelao.

Delos insula in Aegeo uel Myrto mari, media Cycladum, ubi Apollo, & Diana dicuntur nati: unde ille uocatur Delius, & hæc Delia.

Delphi oppidum in Phocide, ubi Phœbus uel Apollo clarissimum templum habuit, & oracula reddebat. hinc Delphicus dicitur.

Delta est pars Aegypti Nilo circumdata, non procul forma triangulari, ad similitudinem Deltae literæ Grecorum.

Democritus Abderites philosophus, & magnus, qui omnes actus hominum, tanquam stultos ridebat. Tandem seipsum



Cela. comp.

Decius fuit

*Exornator
Audigo.*

seipsum cecauit, ut subtilius indagaret naturæ secretæ, unde Faustus: Si foret irrisor stulti Democritus orbis.

Democles adulator quidam dixit Dionysio Tyranno quod uitam beatissimam uiueret. Tyrannus autem ut beatitudinem suam illi declararet, induit eum habitu regio, & mēsam copiose paratam ei apposuit, sed super caput eius appendit tenui filo gladium nudum. Tūc Democles tyrannicam uitam miseram esse falsus est. Vide Valerium.

Demosthenes Atheniensis orator maximus, in adolescentia balbus, sed uitium naturæ summo labore & industria sic emendauit, ut nemo melius loqueretur. Tandem cum libertatem patriæ contra Philippum regem defenderet, ab illo morti addictus est. Fugiens ergo cum deprehensus esset, uenenum sumpsit.

Demophon uel Demophon filius Thesei & Phredra, ad Troiam pugnaui. Inde rediens tempestate delatus fuit in Thraciam, & Phyllis regina eum hospitio suscepit, & coniugio: deinde profectus est Athenas, affirmans se breui reuersurum. Quod cum non faceret, Phyllis impatientia amoris se suspendit in Amygdalo. uide epistolas Heroidum.

Deucalion Promethei filius, rex Thessaliæ, cuius temporibus fuit in Græcia grande diluuium. Deucalion aut multos homines nauibus liberatos tutabatur. Vnde orta est fabula quod cum perissent omnes homines diluuiio præter Deucalionem & uxorem eius Pyrrham, ipsi consuluerūt oraculum Themidis deæ. qualiter genus humanum repararet. Et illa iussit ut uelatis caputibus, post

terga

terga sua iactaret ossa materna, id est, lapides terrenos, ex quibus nati dicuntur homines.

Dia est insula inter Cyclades, alio nomine Naxos: in qua Theseus Ariadnem Minois filiam deseruit. Fuit autem sacra Baccho.

Diana filia Iouis & Latonæ ac soror Apollinis, aut Phœbi, hæc dicitur dea uenationis et uirginitatis, & est Luna.

Dicte mons & oppidum in Creta. Vnde Dictæus, id est, Cretensis.

Dicynna dicitur Diana, à retibus uenatorijs, quæ inuenit.

Dido filia Beli regis Tyri, & uxor Sichei pontificis: quem cum Pygnalion rex Didonis frater ob diuitias eius occidisset, Dido cum thesauro nauigauit in Africam, & ibi Carthaginem condidit. Deinde cum Hiarbas rex eam sibi nubere uellet, & Carthaginenses etiam id cogerēt, igni & ense se occidit, ob quod dicta est Dido, id est, Virago. Nam prius Elysa dicebatur: Vide quartum Aeneid. Virg.

Dindyma mons Phrygiæ ubi colebatur Cybele mater deum, quæ ob hoc dicitur Dindymene.

Dion nobilis Syracusanus, amicus & auditor Platonis: à Dionysio Tyranno pulsus, illum postea Siracusis expulit, deinde à suis occisus. Alius fuit orator ob eloquentiam dictus Chrysostomus, id est, aureum os.

Dionysius dicitur Bacchus, quasi Iouis filius. Hinc Dionysia sunt Bacchanalia.

Dionysius etiam nomen duorum Tyrannorum in Sicilia;

Didacus Ardianus. u. 72. c. 4
 Didacus Poros de uirg. u. 72.
 Didacus Siculus. u. 72.
 Diocletianus imp. u. 72.



Venado.

celo.

Sicilia: quorum prior uel pater fuit egregius uir, alter uero pessimus, & tandem expulsus, Corinthi pueros do-
cuit literas. de quo Faustus, Ipse Syracusia Dionysius ur-
be fugatus.

Diogenes Sinopæus philosophus Cynicus & in-
uentor Cynicae sectæ, qui opes contempsit, & mendicans
liberè carpebat errantes, & nulli adulabatur. Alius fuit
Babylonijs Stoicus.

Dione mater Veneris & pro Venere ponitur. Oui
dius, Hippolite infelix uelles coluisse Dionem.

Diomedes, penultima longa, rex Aetoliæ, Tydei
& Deiphylæ filius, qui ad Troiam cum Aenea congregatus,
Venerem adiuantem Aeneam percussit: quapropter illa multas ei miseras attulit. Nam uxore eius adul-
teram fecit: quod audiens Diomedes, domum uenire no-
luit, sed in Apuliam profectus, Arpos condidit. Item so-
cij eius mutati dicuntur in aues Herodios. Alter fuit Dio-
medes rex Thraciæ, qui suos equos pascebat carnibus
aduenarum: quem tandem Hercules suis equis deuoran-
dum obiecit.

Diopolis magna urbs in finibus Aegypti ad Ni-
lum sita, alio nomine Thebæ, quæ centum portas habuit
& magnifica ædificia.

Dirce mulier Babylonia & formosa. Quæ quoniã
Palladi cõiuitata fuerat, cū se lauaret, uersa est in piscẽ.
Alia fuit Dirce uxor Lyci regis Thebarum. Qui cum
antè haberet uxore Antiopam, & illa ex Ioue grauida
esset: illã repudiãns, Dircen accepit, quæ Antiopã ualde
affluxit, & carcere clausit. Antiopa tamẽ tẽpore partus
soluta

soluta peperit gemellos, scilicet Zetũ & Amphionẽ, qui
postea Lycum occiderunt, & Dircen alligauerunt cau-
dis indomitorum equorũ, quæ in fontem mutata dicitur.
Est enim Dirce fons circa Thebas. Vnde Dirceus, id est
Thebanus.

Dyrrhachium urbs maritima in Illyrico uel Ma-
cedonia, prius dicta Epidamnnum.

Dithyrambus est nomẽ Bacchi. Item dithyram-
bi sunt uersus in laudem uel honorem Bacchi, à Dithy-
rambo uiro Thesbiaco inuenti.

Dodona oppidũ Epiri, circa quod fuit sylua quer-
cũ Ioui sacrata, in qua Columbæ olim resposã dabant.

Dolon Troianus uelox pedibus, qui noctu missus
explorator ad castra Græcorum, pro præmio poposcit
equos Achillis. Sed deprehensus à Diomede & Ulysse,
qui & ipsi exploratum exierant, cõsilia Troianorũ illis
aperuit spe uitæ cõseruãdæ, quæ tamẽ spes ipsum fefellit.

Dolopes sunt quidam Græci, scilicet populus in
Thessalia, qui cum Pyrrho uenerunt ad Troiam. Virgi-
lius, - Dolopumq; exercitus omnis.

Donyfa est insula in Aegeo mari.

Doris Doridos, Nympha Oceani et Tethyos filia,
& uxor Nerei. Ponitur pro mari. Virgilius, Doris ama-
ra suam non intermisceat undam.

Doris uel Dorica, est quædam pars Græciæ circa
Thessaliam.

Doriscum promontorium in Attica.

Drepanũ oppidũ Siciliæ, et mōs. Virg. Hinc Dre-
pani me portus & illætabilis ora, ubi obijt Anchises.

Dominicus Michael. Val. D. 5 Drya



Dryades Nymphæ sylvarum uel arborū, quæ & **Hamadryades** uocantur. Nam s̄pis Græce quercum significat. Declinat̄ur autem hæc Dryas huius Dryadis.

Dryopes populus circa Parnasum, scilicet Phocæses, cultores Apollinis.

Dryidæ uel **Druidæ**, erant Magi aut superstitiosi homines in Gallia syluas inhabitantes, ut aiunt quidam, Carnutum incolentes.

Dulichiu insula in Maliaco mari circa Achaïam inter Aechinades insulas & Ithacam, sub ditione Vlyssis olim: unde Dulichius accipitur pro Vlysse, uel ad eū pertinente.

Durias magnus fluuius Hispaniæ circa Numantiã per Vaccæos fluens, qui Galatiam separat à Lusitania.

E

EBurones sunt Galliæ Belgicæ Populus, qui nūc dicuntur Leodienses.

Ecbatana urbs Medorum, caput regni.

Echinades uel **Echinæ** sunt insule i Maliaco mari

Echion fuit unus è socijs Cadmi primi regis Thebarum, & pater Penthei regis, qui ab eo dicitur Echionides, & Echionius, id est, Thebanus.

Edeffa urbs Mesopotamiæ uel Syriæ, ubi regnabat Abagarus, qui CHRISTO literas misisse fertur, quas uide in epistolis bonæ spei Trecentis.

Elea urbs Græciæ in Acolica regione, ubi natus fuit Zeno, qui ab ea uocatur Eleates, hinc Eleatica doctrina dicitur logica quam Zeno Eleates inuenit, ut ait Aristoteles.

Electra nunt. d. x. v. 7. P.

Electra

Electra filia Oceani & Thetys, uxor Atlantis. Alia fuit filia Atlantis. Item alia soror Orestæ.

Elamytæ populus maritimus in Arabia, unde illud, Medi & Elamytæ.

Elimais regio Asiæ maioris uicina Persidi.

Elis Elidos, urbs Achaïæ uel Arcadiæ, apud quam exercebatur currule certamen in honorem Iouis Olympici. Inde Eleus Elea Eleum. Virg. de equo. Hic uel ad Elei metas & maxima campi. &c.

Eleusin uel **Eleusis** est ciuitas in Attica non procul ab Athenis: ubi erat nobile templum Cereris: quæ ex hoc dicitur Eleusina mater.

Elice est stella maris, uel sydus iuxta Polum Arcticum, quod dicitur Vrsa maior uel Calisto. Vide superius Arctos. Lucanus, Parrhasis obliquos Elice cum uerteret axes. Mantuanus Baptista, Tu nobis Elice, nobis cynosura.

Elissa est proprium nomen Didonis reginæ primæ Carthaginis.

Elysiu secundum poëtas, est locus in medio inferorum suis uoluptatibus plenus, ubi dicuntur esse animæ bonorum. Virgilius, Sed ancena piorum Conclia, Elysiuq; colo. Hinc adiectiuum Elysius.

Elpenor unus è socijs Vlyssis, quem Circe mutauit in porcum. Homerus tamen ait, quod cum ebrius esset, de scalis cadens sit mortuus.

Emathia est regio Græciæ, alio nomine Macedonia uel Thessalia.

Emerita Augusta est urbs Lusitaniæ, opposita Anæ fluuiio.

fluvio.

Emaus urbs Palestinae post dicta Nicopolis & Castellum.

Emolphus pater musci poetae vetusti.

Empedocles Agrigentinus, id est, ex Agrigento oppido Siciliae, uir doctus, discipulus Pythagorae, & inueter Rhetoricae, poeta & Philosophus, qui de rerum natura uersibus scripsit: hic ut putaretur deus factus, noctu a socijs clam discedens, in ardetem caminum motis Aetnae se misit: sed ferrea eius crepida ex camino per flammam reiecta rem patefecerunt. Horatius, Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Aetnae Insiliit. Alij tamen aliter de eius morte scripserunt.

Enceladus Gygas Titani, & Terrae filius, cum contra deos bellaret, a Ioue fulmine dicitur occisus, & sub Aetna monte sepultus. Virg. in 111. Aeneid.

Endymion quidam pastor quem luna amauit: & ut eum dormientem posset osculari, sopiuit cum in Latmio monte Cariae. Ouidius, Latmius Endymion non est tibi Luna pudori.

Engonasis, a curta, est signum coeleste, & interpretatur genu innixus. Nam uidetur esse uir cum dracone pugnans, quem uolunt esse Herculem, uide Hyginium.

Enyo est Bellona, id est, dea belli uel furor bellicus. Martialis, Cum dubitaret adhuc belli ciuili Enyo.

Enyochi quasi tenentes habenas, id est, equitantes, sunt ferus populus in Pontica regione.

Enipeus auriga Hectoris, a Diomede occisus.

Enipeus Hist. va. 7. D. Enipeus

Enipeus 2. va. 7. E.

Enipeus Imper. Alemania. va. 9. E.

Enipeus multorum uiz. nomen. var. 7. D.

Enipeus fluvius Thessaliae ab Othry monte descendens in Apidanum fluvium. Lucanus, Sanguine Romano quam turbidus ibit Enipeus.

Ennosigaus, id est, Neptunus deus maris, quasi concutiens terram. Nam *ennos* significat concutio *sigaus* terra. Iuuenalis, Ipsum compedibus quae uinxerat Ennosigaeum.

Eous est Oriens uel Aurora. Virgilius, Aut cum Sole nouo terras irrorat Eous. Accipitur etiam adiectiue. Lucanus, Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eous, id est, orientales. Scribitur etiam quandoque per diphthongum *eo*. Virgilius, Aeosque domos Arabum.

Epaminundas Thebanus dux optimus occisus a Spartanis in praelio. Cum quo ut ait Iustinus, gloria Thebanorum & nata & extincta fuit. *va. 7. E.*

Ephesus, media curta, urbs Asiae & Metropolis Ioniae, ab Amazonibus condita, teste Plinio.

Ephialtes filius Aloeii, & frater Octii. Vide supra Aloeus.

Epicharmus Siculus poeta comicus & philosophus, Pythagorae discipulus.

Epidamnium urbs Macedoniae, alio nomine Dyrhachium.

Epidaurus urbs Achaiae, ubi colebatur Aesculapius, qui ob hoc dicitur Epidaurius. Itae est urbs maritima in Dalmatia uel Illyrico, quae nunc Rhagusium uocatur.

Epicurus Atheniensis philosophus qui uoluptatem statuit summum bonum. Inde Epicureus, id est, qui Epicuri sectam sequitur, & pro uoluptuoso ponitur.

Epimetheus filius Iapeti, & frater Promethei, pater Py

ter Pyrrha.

Epimenides Cretensis à patre suo missus in agrum ut ouem afferret, diuertens in specum dormiuit annis LVII. Deinde excitatus ouem quæ suum putans se paulum dormis- se. Postea philosophari cepit. Vixit annos CLVII. secundum alios uero ducentos nonagintanouem.

Epirus, i producta, est regio inter Illyricum & Macedonia, nunc uulgo uocatur Arton. Hinc fit Epirota, id est aliquis de Epiro.

Ephire, media curia, urbs Achaiae, post dicta Corinthus. Inde Ephireus. Lucanus, Ephireaq; moenia seruat.

Ephratha oppidum Iudaeae, alio nomine Bethlehẽ, ubi CHRISTVS natus est.

Erasinus, i producta, fluius Achaiae magnus.

Erato, a correpta, est una Musarum, & interpretatur amabilis. Vide Virg.

Erebus pars inferni ubi minus mali continentur. Virgilius, Ad genitorem imas erebi descendit ad umbras.

Erembi populus ferus in finibus Arabiae, in specibus montium nudus degens & sine opibus.

Erycina, id est, Venus, sic dicta ab Eryce mote Sicilia, in quo celebre templum habuit. Horatius, Sine tu manus Erycina ridens.

Erichtheus rex Athenarum alio nomine Erichthonius.

Erichtho quaedam uenefica uel incantatrix pessima: unde ponitur pro qualibet maga uel incantatrice.

Erichthonius, uel Erichtheus filius Vulcani, qui cum Pallade coire uoluit, sed illa fortiter resistente semen in terram

terram cecidit. Quod Pallas uidens pra pudore terra contexit. Ex quo natus est Erichthonius, quem Pallas infantem in cistella inclusum tradidit alendum filiabus Cecropis regis Atheniensis. Item Erichthonius dicitur habuisse pedes serpentinus, & ideo primus instituit curribus uebi. Virgilius IIII. Geor. Primus Erichthonius currus et quatuor ausus iungere equos &c. Idem argenti fuit inuentor secundum Plinium.

Eridanus magnus fluius in Italia ab Alpibus ueniens, alio nomine Padus. Lucanus, Eridanus fractas deuoluit in aquora syluas.

Erigone filia Icarij et soror Penelopes, quae patrem suum a rusticis ebrijs occisum ita luxit, ut seipsam pra dolore suspenderit. Sed miseratione deorum mutata fuit in caeleste signum, quod uirgo dicitur. Virgilius: Qua locus Erigonem inter chelasq; sequentes.

Erymanthus est mons syluosus Arcadiae, in quo aprum terribilem Hercules cepit, & uiuum detulit Eury- stheo regi. Est etiam fluius ab illo monte desluens.

Eriphyle, penultima longa, uxor Amphiarai uatis, quae illum latentem prodidit ob auaritiam. Nam Argia regis filia pulchrum monile ei promi, sitis uirum suum monstraret. Quod cum fecisset, & ille ad Thebas periisset, Alcmaus filius Eriphylum occidit in ultionem patris sui.

Eriphya insula una ex Aeolijs, quasi litem sufflans.

Eriston, penultima longa, quidam Thessalus, qui Cererem spernens, & eius lucum succidens, tam famelicus factus est, ut consumptis omnibus bonis, uenderet pro



inuenitur
Virgo

Virgo

Uxor

pro cibo etiā filiam, quæ ope Neptuni, in uarias species mutata, semper refugit emptorem suum. Tandē Erisiton propria membra præ fame comedit. Ouidius *VII* *metamorph.*

Eryx filius Neptuni, & Veneris, rex Sicilia. Est et mōs in Sicilia prope Drepanū ab rege denominatus. In quo mōte templum Veneris fuit, unde dicitur Erycina.

Erythræum mare, id est, rubrū mare, nam ἔρυθρον Græce ruber dicitur.

Ero puella urbe Hellepontis Sesto. Vide *Læander*.

Eros huius Eru, dicitur amor, aut charitas. Sed Eros huius Erotos, est Cupido, id est, deus amoris.

Essedones populus Scythicus, qui funera cantu efferebant, & carnes mortuorum, mixtis pecudū carnibus edebant. Item de ossibus humanis pocula faciebant.

Esys fluius Umbriae.

Eteocles filius Oedippi regis Thebarū. qui cū Polynice fratre suo ita conuenerat, ut alternis annis regnaret. Sed Eteocles anno suo finito noluit fratri credere regnum, quare Polynices Adrastum regem Argiūm socerum suum, & alios principes Achaiae commouit ad bellum gerendum contra Eteoclem: in quo bello cum multi utriusque essent occisi, tandem ipsi fratres, scilicet Eteocles & Polynices congressi, alter ab altero sunt interfecisti. Quorum cadauera cum in uno rogo comburerentur, flamma se diuisit in duas partes, quasi illi nondum finis sent odia. Statius in Thebaide.

Ethruria est regio in Italia, alio nomine *Thuscia* inter *Macrā* & *Tibrim* fluuios. In qua sunt urbes *X*.

Stefanus primus rex unguia. 2. 7. c. scilicet

scilicet *Perusium*, *Cornetum*, *Volaterra*, *Pisa*, *Luca*, *Sarsana*, *Pistorium*, *Senæ*, *Arctium*, *Florentia*, *Massa*. Inde *Etruschus*, id est, *Tuscus*, ut *populus Etruschus*, & *sermo Etruschus*.

Euan est cognomen *Bacchi*, à uoce *Bacchantium*.

Euander *Mercurij*, & *Nicostratæ* uel *Carmentis* filius, cū fratrē suū imprudēs occidisset, fugit in *Italiam*, & in *Palatino* mōte fecit oppidum nomine *Palantum*.

Euanne uel *Euadne* filia *Martis*, ex *Thebe* uxor *Afopi*, uxor *Capanei* ducis, quem adeo dilexit, ut in rogam eius se miserit, & cum illius cadauere fuerit exusta.

Euboia insula adiacens *Atticae*, & *Bœotiae* ualde propinqua. Est & urbs in eadem, quæ hodie dicitur *Nizopontus*.

Euclides. i. producta, *Megarensis* philosophus, auditor *Socratis* & insignis *Geometra*. Qui quotidie ex *Megara Athenas* ibat ad *Socratem* audiendum, & tempore belli in habitu muliebri, ne nosceretur.

Euchion nomen *Bacchi*.

Eudoxus magnus *Astronomus* & *Medicus*, *Geometra*, qui primus annum deprehendit & conscripsit.

Euenus, e producta, fluius *Actoliae*.

Euganei populus uetus in *Venetia*. Nam *Veneti* pepulerunt *Euganeos*.

Euhius, id est *Bacchus*. *Horatius*, *Curas* edaces dissipat *Euhius*. Et interpretatur bonus filius.

Euhyas, id est, *Baccha*, uel *Sacerdotula Bacchi*.

Eumenides sunt furiae infernales. *Ouidius*, *Eumenides* tenuere faces &c. In singulari dicitur *Eumenis*,

f media



Amor

+
sepulchrum

+

Vaccinia

+

Discordia

+

Euclides

x

inuentor
+ astro.



media curta.

Euphranor statuarius & pictor insignis, **Euphrates**, media producta, grandis fluvius Parthorum, qui oritur in Periarde monte Armenia, non longe à fonte Tigridis. & transiens Babylonem tandem inluit mare rubrum.

Eumolpus pater Musæi poëta vetustissimi. Alij scribunt Emolpus.

+
Græcia

Euphrosyne est una de tribus gratijs, & interpretatur letitia.

Euryalus nobilis adolescens Troianus, cū Aenea profectus in Italiam. Qui cum Niso amico suo egressus nocte per hostiū castra ad Aeneam: cum multos hostiū occidisset, tandem ab equitibus deprehensus est Euryalus. Quem Nisus cum eripere non posset, cum eo mori maluit, quàm fugere. Virgilius libro IX.

Eurydice uxor Orphei ab Aristæo adamata. Quæ cum semel illa fugeret, in sylua à serpente icta interiit. Pro qua recuperanda Orpheus inferos adiit, & carminibus illos ita flexit, ut eam sibi redderent, hac lege ne respiceret illam donec ad superos redisset. Quod cum præ amore non seruasset, iterum eam amisit. Virgilius. IIII. Geor. Alia fuit Eurydice uxor Nestoris.

Euripides poëta tragicus, tandem à canibus lacertatus.

Euripus, media producta, est pars maris inter Euboiam, & Bœotiam, ubi fluctus septies in die, & toties in nocte mutatur, tam uehementer ut naues plenis uelis currentes retrahat secum. Accipitur pro quouis fluctu.

Græcia. Var. J. E.

Eurystheus

Eurystheus filius Steneli, rex Mycenarū, qui astitia Iunonis Herculem ad arduas res agēdas incitabat, ut sic ille periret, licet Hercules uirtute sua semper uictor euaderet.

Euritus, media curta, rex Oechaliae pater Ioles, quem Hercules urbe capta occidit, eo quod filiam despōsatam sibi negasset.

Eurōpa, ò longa, filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter forma bouis aut uituli raptam abduxit in Cretam. Est etiā tertia pars orbis terræ incipiēs à Tanai uel Hellesponto, & desinens in Atlanticū fretū. Regna Europe sunt Græcia, Thracia, Illyricum, Pannonia, Germania, Italia, Gallia, & Hispania, cum insulis uicinis.

Eurōtas, ò longa, fluvius Laconia Spartam urbem præterfluens: cuius ripæ lauro abundant, unde sacratum Apollini dicitur. Virgilius, Audiit Eurotas, insitq; ediscere lauros.

Euterpe est una Musarum, ab ἑρπρω quod est bene delector.

musæ

Eutynius poëta Locresis, semper uictor in Olympia, Iouis & Apollinis iussu uiuus consecratus.

Euxinus est pars maris iuxta Byzantiū, alio noīe Pontus. Et interpretatur bonum hospitium. unde sic dicitur per antiphrasin, quia sunt ibi loca periculosa. Ouidius, Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus. Antea dicebatur Axenus, id est inhospitalis.

Exquiliæ exquiliarum mons & uicus in urbe Roma, dictus sic, quia ibi erat arx & excubiæ regis Tulli, qui illum montem urbi addidit.

f 2

Nota



Nota, multa nomina quorum principium sonat e, inuenies in litera A, aut O, uidelicet quae habet in principio diphthongum AE, aut OE. Item aliqua inuenies in litera H, quae forsitan hic quaeris. De litera F, nullum nomen ponit Tortellius.

F

FAbaris, media curta, fluiuius Sabinorum alio nomine Farfarus.

Fabius Maximus consul Romanus, qui contra Hannibalem dictator, id est, summus princeps electus, illius conatus astutia sua impediuit, et illius ferociam sua patientia fregit, et ut Ennius ait, cunctando Romanam rem restituit. Fuerunt et alij clarissimi uiri hoc nomine. Item trecenti sex Fabij occisi fuerunt per insidias a Veientibus cum diu et egregie contra illos bellassent. Supra Cremera. Vide Ouidium de fastis. *Var. f.*

Fabricius consul Romanus, qui contra Samnites et Pyrrhum regem bella gessit ualde sobrius, et fidelis. Nam munera hostium spreuit, et regis medicum sibi pollicentem necem domini sui, ligatum remisit ad regem, scribens etiam quid ille facere uoluisset.

Falisci populus Etruriae, quorum urbem nomine Falerios, Camillus Romanus dux obsedit. Ludi magister, quasi spatiatum egressus cum Faliscorum filiis, illos tandem tradidit Camillo. Sed Camillus cum nudatum a pueris casum remisit in urbem. Quare Falisci iustitiam Camilli admirati urbem illi dederunt.

Falerij fuit urbs Faliscorum, nunc uicus in Etruria.

Falernus mons Campaniae ubi ualde bonum unum nasci

+
Fidelidad

+
Waylon
magister.

nascitur, quod et Falernum a loco dicitur.

Fanum urbs Piceni in littore Adriatico inter Pisaurum et Senogalliam, ubi olim fuit fanum, id est, templum Fortune.

Fauentia ciuitas in Flaminea, quae et forum Sempromium dicitur.

Faurus uetus rex Aboriginum in Latio, filius Picci: deus habitus post mortem. Item Fauni dicuntur a poetis agrestes dii uel animalia monstrosa.

Feltrum oppidum Italiae in Marchia Taruifina.

Felsina urbs Italiae in Flaminea uel Aemylia, quae urbs etiam Bononia dicitur. Baptista Mantuanus, Felsina dicta fuit sermone Bononia prisca.

Ferraria urbs Italiae ad ueterem Padum sita.

Feronia fons et Nympha in Campania circa Terecinam: et secundum alios etiam urbs circa Soracte monte.

Ferentum oppidum Apuliae aut Lucaniae.

Ferentium oppidum Etruriae.

Fescennia oppidum Etruriae, ubi nuptialia carmina dicuntur inuenta, quae ob hoc Fescennina uocantur.

Fesulae fesularum urbs olim Etruriae non procul a Florentia. Nunc uicus modicus, licet Episcopalem sedem retineat.

Fidenae fidenarum fuit oppidum in Latio. Inde Fidenates.

Firmum oppidum in Piceno. Inde Firmanus.

Flaminea est Italiae regio quae et Aemylia, et uulgo Romadiola dicitur. In qua sunt urbes, Bononia, Fauentia, Imola, Rauenna, et Ariminum, cum alijs.

Federicus. var. f. f. 3 Fla

Ferdinandus ponzalus. var. f. f.

Ferdinandus rex castel. v. f. f.

Uinso

Flaminea uia est, quam Flaminius consul Romanus stravit lapidibus à Roma usq; Ariminum. Vnde et uia nominata est ab illo consule qui Ligures uicerat.

Flavius erat nomen familie Romanae, ex qua erant Vespasianus, et filius eius Titus, et Domitianus, qui à Iuvenale dicitur Flavius,

Florentia urbs insignis Ethruriae, ad Arnun fluvium, primò dicta Fluentia, à Gotis euersa. Carolus Magnus reformauit.

Fluentia olim dicebatur Florentia, ut modo scriptum est.

Formiae oppidum Campaniae, olim sedes Laestrygonum iuxta Caietan. Inde Formianum, id est, praedium iuxta Formias.

Forum Corneliuum est ciuitas in Flaminea, quae et forum Syllae, et uulgo uocatur Imola,

Forum Iulium, ciuitas quae et Aquileia.

Forliuium uel Forùliuū, est ciuitas in Flaminea.

Forum Sempronium urbs in Flaminea: alio nomine Fauentia.

Franconia regio Germaniae inter Hassiam et Sueuiam. Cuius urbes sunt Francfordia, Bamberg, Moguntia, et caetera.

Fregellae fregellarum uetus oppidum in Latio.

Fucinus, i. curta, magnus lacus Marsorum in Italia.

Fulgina urbs Umbriae inter Spoletum et Nuceria.

Frusino ciuitas in Latio uel Campania.

Fundi urbs Latina in Appia uia, unde uinum Fundanum. Alij ponunt in Campania, quod parum differat Furia

Furiae dicuntur tres filiae Acherontis et Noctis. scilicet Aleco, Tisiphone, et Megara, haec torquent inferos, et pro capillis habent angues. Vocantur etiam Diarae, et Eumenides, et infernae canes.

G

Gabij Gabiorum fuit urbs Volscorum in Latio, Geuersa tandem à Romanis. Inde Gabinus Gabina Gabinum,

Gaballi populus Galliae Celticae in Arelatesi ducatu.

Gades Gadium est insula Oceani, ultra Betica Hispaniam, circa columnas Herculis. Inde Gaditanus.

Gaddir est urbs in Gadibus, uel ipsa insula apud Hispaniam.

Gæon est fluvius per Aegyptum et Aethiopiã fluens, alio nomine Nilus, et oritur à fonte Paradisi.

Galatæa Nympha marina, filia Nerei et Doridis.

Galatia uel Gallogræcia est prouincia Asiae minoris. Nam Galli olim agros Phrygiae, Lydiae, et Paphlagoniae occupantes, eos à se denominauerunt Galatiam, et ipsi dicti sunt Galatæ uel Gallogræci.

Galetia uel Galatia est prouincia Hispaniae, habes ab Oriente Sequanam fluvium, à Meridie Lusitaniã, ab Occidente, et septentrione Oceanum.

Gallogræcia regio Asiae, quae et Galatia. Vide supra.

Galesus, e longa, fluvius Calabriae prope Tarentum.

Galenus Pargamenus medicus praestantissimus temporibus Antonij imperatoris.

Galilæa est pars Iudæae trans Iordanem, cõiuncta Syriae.





Syria, & Arabia.

Gallia regio Europae inter Hispaniam, & Germaniam sita. Diuiditur in tres partes, quarum prima dicitur Belgica, altera uocatur Celtica uel Lugdunensis, tertia uero Aquitania. Prima est propinqua Germania, scilicet à Scalde fluuio ad Sequanam. Altera à Sequana fluuio ad flumen Garumnam. Tertia à Garumna ad Pyrenaicum montem, uel ad Hispaniam. Est etiam Gallia in Italia, quam Itali uocant Galliam Cisalpinam, & uulgo Longobardia dicitur.

Gallus fluuius Phrygiae, cuius aqua potantes facit furere. Ouidius, Annis it insana nomine Gallus aqua. Hinc dicebantur Sacerdotes Cybeles deae Phrygiae, qui se castrabant, & inter sacrificandum furiose se habebat. Lucanus, Crinemq; rotantes, Sanguinei populus ulularunt trista Galli.

Ganges magnus fluuius Indorum: ex fonte Paradisi ortus. Inde Gangeticus, id est, indicus. Luca. Et quas sentit Arabs & quas Gangetica tellus.

Gangaridæ populus Indiae iuxta Gangem.

Ganymedes filius Troiae regis Troiae, ob admirandam pulchritudinem suam raptus ab Aquila, Et pinerna Iouis factus.

Garamantes populus Libyae uel Aethiopiae.

Garganus mons Apuliae. Luca. Apulus adriacas exit Garganus in undas.

Gargara pluraliter mons & oppidum sub monte in Mysia. & pro tota regione ponitur. Alij uolunt esse cacumen montis Idae.

*Gargara f. v. d. g. y. cap. 6.
gargara gome. carillo. va. 70.*

Gargarus

Gargarus est lacus Phrygiae iuxta Idam montem, ex quo lacu Scamander & Simois fluuij decurrunt.

Garumna fluuius Galliae qui Celtas ab Aquitania separat.

Gaurus mons Campaniae non procul ab Auerno.

Gaza urbs Palaestinae uel Iudaeae, ubi olim regia gazae, id est pecunia erat.

Gebenna ciuitas Allobrogum, in Sabaudia, quae & Aureliana dicitur.

Gelon rex aut tyrannus Siciliae.

Geloni populus Scythicus, & producitur o.

Gelas urbs & fluuius Siciliae.

Genezara lacus Galilaeae. x. v. milia passuum longus, & sex milia passuum largus, atq; multis oppidis septus. Etiam dicitur mare Galilaeae, & mare Tiberiadis. Nam Tiberias urbs ei adiacet.

Genius dicebatur à priscis deus Naturae, & qui omnium rerum gignendarum uim haberet. Vnde cuiusque rei genitrix dicebatur suus Genius. Itē aliqui assignat cuiusque homini duos Genios, scilicet, bonum & malū, sicut Theologi duos Angelos. Accipitur etiam genius pro Natura: ut, suum defraudans genium.

Genua nobilis urbs Liguria, quae uulgo Ianua dicitur.

Geryones, o curta, rex Hispaniae, qui propter tria regna sua, dictus est Tricorpor, occisus ab Hercule. Alij dicunt fuisse tres fratres ita concordēs, ut unus putaretur, dicitur etiam Geryon Geryonis.

Germani dicti sunt quasi fratres Gallorum, qui

Gedem. var. 7. 9.

f 5 bus

Genius

Angelicus

bus solent pares esse moribus. Germanorum, inquit Plinius, quinque sunt genera, primum genus Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Charmi. Guttones. Alterum genus Ingeuones, quorum pars Cimbri, Teutoni. Proximi autem Rheno Isteuones, quorum pars Cimbri mediterranei. Quartum genus Hermiones, quorum Sueui, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Quinta pars Peucini, Basterna, contermini Dacis.

Germania habet ab oriente Dacos, ab Occidente, Gallos, a Meridie Italiam, ab Aquilone Oderam iumen quo a Sarmatia separatur.

Getæ populus Thracia, uel ut alij dicunt, iuxta Thraciam. Sunt enim Getæ iuxta Hungariam, qui uulgo uocantur Vualachi, & Transyluani, qui olim Daci nominabantur.

Getuli populus uagus in Africa. Lu. Inculto Getulus equo semperque paratus.

Gyarus, a curta, insula parua, & una Cycladum, quo mittebantur exules Romani. Ponitur etiam pluraliter pro funibus. Iuuenal, Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum.

Gyges Cæli & Terra filius, et frater Briarei, Gygas maximus & centimanus. Alius fuit rex Lydia, qui consuluit Apollinē delphicum, an aliquis esset se felicior. Apollo autē pratulit illi Aglaū quēdā rusticū et pauperē.

Gymnosophistæ erant sapientes Indorum, qui ibant nudi. Nam γυμνός græce nudus dicitur.

Gindes fuit magnus fluius Assyriorum, quem Cyrus rex quoniam exercitum suū impedisset, & dilectum sibi militem

militem absumpsisset, in x l. sex alucos diuisit.

Glaucus quidam marinus deus. De quo uide Scylla.

Gnidus urbs in Caria. Horatius, O Venus regina Gnidi.

Gnosus urbs Cretæ insulæ. Inde Gnosius, id est, Cretensis.

Gnosis, id est, Ariadne, filia Minois regis Cretæ.

Gorgias Leontinus sophista & rhetor insignis, qui arte sua sic ditatus fuit, ut auream statuam primum omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

Gorgon dicitur Medusa filia Phorci, quæ cū duabus sororibus habitabat Gorganes insulas in Oceano Aethiopico: quæ sorores dictæ sunt Gorgones, id est, agiles, de his uide Medusa. Itē a Gorgon fit Gorgoneus.

Gordius rex Phrygiæ primo rusticus. Nam cum Phryges oraculum consulissent super electione regis, responsum est ut illum crearent regem qui templum prius intraret. Itaque primus uenit Gordius rusticus, lora plaustris portans. Qui rex factus, lora illa in memoriam rei suspendit in templo Iouis, quæ ita perplexe erant conexa, ut difficilime possent dissolui, & ferebatur oraculum, ut qui lora illa dissolueret regno potiretur.

Gordium urbs principalis in Phrygia a Gordio rege dicta.

Gothi sunt populus Schycticus circa Daciam, & Noruegiam, qui nunc Suedi & Rusci uocantur. Hi tempore Honorij imperatoris multas prouincias Alarico rege peruagati etiam Romam ceperunt.

Gat. Sefu. d. uat. g.

Granicus





Granicus fluius Phrygia.

Gracchi erāt duo Romani fratres nobiles & eloquentissimi, sed seditiosi et cōcitantes plebem contra senatum, quare occisi sunt à senatu. Iuuenalis, Quis tulerit Gracchos de seditione querentes.

Gradius, id est, Mars deus belli. Virg. Gradiuuq; patrem Geticis qui praesidet aruis.

Gryllus filius Xenophōtis, qui pro patria fortiter pugnans occubuit, laudatus à multis. Animal etiam magnitudine cicadae.

Grynīa urbs Asiae, unde Grynæum & Grynæus Apollo.

Habidus rex vt. S. H

HAdria fuit urbs maritima in Italia, à qua dicitur Hadriaticum mare, quod est inter Italianam & Illyricum.

Halcyone filia Neptuni, uxor Ceycis, quem illa submersum uidens, se quoq; pra dolore submersit, ambo dicuntur mutati in aues quae uocantur Halcyones, et hinc me circa mare nidificant, & pullos tunc excubant.

Halycarnassus urbs Cariae maritima.

Halys fluius ortus in monte Tauro, & in Euxinū desinens, qui quondā diuisit regnū Cræsi à regno Persarū. Cræso autem Apollinem consulente super bello, quod cū Cyro rege Persarū gerere cogitabat: sic Apollo respondit: Cræsus perdet Halym transgressus plurima regna &c.

Halizone populus Paphlagonia, quasi mari cincti. Nam ἁλὴς Graece significat mare.

Ham4

Hamadryades sunt Nymphae quae cū arboribus & nasci dicuntur, & mori. Nā ἁμα significat simul ἅψις quercum.

Hamilcar dux Carthaginensis pater Hannibalis.

Hannibal Pœnus, id est, Carthaginensis dux clarissimus, qui xvi. annis bellum cruentissimū gessit in Italia cum Romanis, neque pelli potuit, donec à suis reuocaretur. Tandem in Africa uictus à Scipione, fugit in Asiam ad regem Antiochum. Deinde & ad Prusiam regem Bithyniae, sollicitans illos ad bellum Romanis inferendum. Tandem cum Prusias rex cum Romanis trade re uellet, uenenum quod in anulo habebat, sumpsit. *ua. 7. 6.*

Harmonides Troianus faber, qui naues Paridis fecit.

Harpalice regina Amazonum, quae patrem suum regem Thraciae à Getis captum subito impetu liberauit.

Harpyliae dicuntur fuisse aues rapaces capitibus humanis. De quibus Virgilius tertio Aeneidos, harum nomina sunt, Aello, Ocypete, Celeno, & Thyella. De his infra Phynceus & Strophades.

Harpe falcatus ensis Persei quo Medusam & Cestum dicitur occidisse.

Hasdrubal dux Carthaginensis, frater Hannibalis. Occisus à Romanis in faucibus Italiae cū magno exercitu quem fratri afferebat.

Hebe filia Iunonis pincerna Iouis ante Ganymedem: tandem facta uxor Herculis deificati, & dea Iuuentae dicitur.

Hebrus fluius Thraciae ortum habens ex Pindo monte.



monte.

Hebraei sunt Iudaei sic dicti, uel ab Heber quodam proauo suo, uel potius quia transierunt siccis pedibus Rubrum mare & Iordanem. Nam Hebraeus interpretatur transitor.

Hecate, media breui, est Proserpina uxor Plutonis & inferorū regina, ab ^{uox} quod est centum, quia centum ei uictimis sacrificabant.

Hecatombe sacrificiū centum uictimis cōstans qđ fiebat Proserpinæ, uel constans centum aureis solidis.

Hecatompylos urbs Parthorum, regni caput. Hector Troianus dux fortissimus filius Priami & Hecubæ, post multas Græcorū cades occisus ab Achille ex improuiso. *Var. J. H.*

Hecuba filia Cyssei regis Thraciæ, uxorq; Priami regis Troiæ, quæ post excidium Troianum uiro cum filiis occiso, mutata dicitur in canem.

Hedui populus Galliæ in prouincia Lugdunensi, qui & Heduenfes.

Hegesias Cyrenaicus philosophus, qui mortē adeo laudabat, ut audito illo multi se occiderent.

Helena filia Iouis ex Leda uxorē Tyndari regis Læconie, hæc ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit, primum adhuc puella à Theseo, secundo iam Menelao nupta, à Paride. Propter quam recuperandam Græci cū Troianis decennale bellum gesserūt. Et corripit mediā.

Heliades dicuntur filie Solis ex Neera scilicet Phæta, Læpetia, & Læpetusa, quæ casum fratris sui Phætonis adeo fleuerūt, ut in arbores mutatae sint, quæ Ele

Helenasus. Va. J. H.

strum

strum manant, Ouid. secundo metamor. *Id. G.* autē Græce Sol dicitur.

Helipolis urbs Aegypti, quam aliqui scribunt etiam Theben fuisse dictam. Plinius autem Theben dicit uocatam fuisse Diospolim. Et Strabo inquit, Helipolim esse desertam.

Helioabalus fuit imperator quidam Romanus turpis uitæ.

Helicon mons in Aonia non longe à Parnaso, Musis dicatus. Nam in eo est fons Caballinus, quem Pegasus fecit. Vide Persium in exordio.

Helorus fluuius Siciliae. Virg. Exupero præpingue solum stagnantis Helori,

Hellas Helladis, dicitur Græcia ab Hellene rege filio Deucalionis. Item Hellenes ipsi Græci,

Helle filia Athamantis regis Thebarum & Nepheles, quæ cum Phrixo fratre suo nouercales insidias fugiens, arietem aurei uelleris ascenderunt ut uheretur in Colchon. Cum autem uenissent supra mare iuxta Byzantium, Helle territa decidit, & submersa est. Vnde mare illud dicitur ab ea Hellestus, quod est à Tenedo insula, usq; ad Propontidem satis angustum.

Heluetij populus Galliæ qui hodie Suiceri uel Suetenses dicuntur.

Hemonia regio græciæ quæ et Thessalia uocatur.

Heraclea urbs in Græcia ad Octam montem. Alia in Propontide uel Thracia, habes maximum amphitheatrum. Item alia in Ponto ad Lycum fluuium. Alia uero in Italia in finibus Campania, hinc Heracleotes, id est,

id est, de Heraclea.

Hercules filius Iouis ex Alcmena coniuge Amphitryonis Thebani. Cuius multa scribuntur, & maxima gesta, sed non minora ueris. Duodecim labores eius habet Boethius sine libri quarti.

Heracledes philosophus ex Heraclea Ponti, ualde tumidus, qui moriturus iussit cuidam ut draconem a se nutritum, lecto suo cum mortuus esset imponeret, & corpus clam tolleret, scilicet ut putaretur deus factus. O miserum philosophum.

Heraclitus Ephesius philosophus superbus, qui de theologia librum ualde obscure scripsit, nolens scilicet a uulgo intelligi. Fuit semper plorans hominum uitia.

Hercynia sylua maxima Germaniae incipiens ab Heluetijs et ad Dacos tendens. Latitudo eius est lxx. dierum itinere, longitudo uero ignota.

Hermes dicitur Mercurius deorum interpres. Nam *ἑρμῆς* græce est interpres latine, unde Pylades Hermentem Cyllene protulit Arcadica.

Hermaphroditus dicitur Mercurij & Venere filius. Nam dicitur ab Hermes & Aphrodite, id est, Venus. Hic fuit Androgynus, id est, uir & mulier. De quo talis est fabula. Nam Hermaphroditus cum adolescens se lauaret in quodam fonte Caria, cui inerat Salmacis Nympha: illa eum amans amplexa, deos orauit ut ex ambobus unus fieret, idque factum est. Hinc omnes Androgyni uocantur Hermaphroditi.

Hermopolis urbs Aegypti, à Mercurio condita.

Hermione filia Menelai & Helene, quæ puella

Herculis libris. var. 7. H.

Orest

Orestis desponsata fuit. Sed cum Pyrrhus Achillis filius eam duxisset, Orestes illum occidit, & sponsam recepit. Altera Hermione filia fuit Martis & Veneris, uxor Cadmi, cui Vulcanus pulchrum, sed pernitiosum monile formauit. Tandem cum marito mutata dicitur in serpentem.

Hermus fluuius Lydiæ trahens aureas arenas. Vergilius, Aut auro turbidus Hermus. Hunc Pactolus intrat.

Hernici sunt Italiae populus, in Campania, in locis asperis habitantes. Nam hernæ Sabinorum lingua significat saxa. Eorum Metropolis est Anagnia.

Herostratus fuit uir qui ut famam sui nominis dilataret, templum clarissimum Dianæ Ephesiae incendit, & seipsum mox prodidit.

Her filia uxor Romuli.

Hesione filia Laomedontis regis Troiæ, & Priami soror, quam Hercules expugnata Troia uxorem dedit Thelamoni.

Hesiodus poeta uetus ex Ascrea uico Bœotia, qui primus de Agricultura scripsit uersibus, quæ Vergilius imitatus est, qui etiam Ascreus dicitur.

Hesperia dicitur Hispania ab Hespero stella occidentali. Etiam Hesperia dicitur Italia, ab Hespero rege fratre Atlantis. Sed cum Hispaniam intelligimus, dicitur ultima. Horatius, Qui nunc Hesperia uictor in ultima.

Hesperus rex Italia, frater Atlantis. Etiam est stella uespertina.

Hesperides erant filiae Hesperii, uel ut alij scribunt Atlantis scilicet Aegle, Erethusa, & Hespertusa, quæ

amcenissimos hortos habebāt in Africa iuxta urbē Lyxon. In quibus hortis erāt aurea poma quæ custodiebat Draco peruigil. Hercules autē ab Euristeo missus, Draco ne occiso mala abstulit. Sed omnia hæc fabulosa sunt.

Hesseni erant quidam Iudæi sine mulieribus et sine pecunia, degentes in solitudine sicut religiosi.

Hetruria, uide superius Etruria, & Hetruscus ibi dē. Nam quidā aspirant hæc omnia, quidā uerò minime.

Hyades fuerunt septem filie Atlantis & Aethræ, filie Oceani, quæ fratrem suum (qui Hyas dictus est) à Leena necatum ita fleuerunt, ut ab eo denominatæ sint, & ob pietatem in cælum translatae. Sunt enim septē stelle in capite Tauri, quæ & Hædi & Sucula dicuntur, & Atlantides. Vide Bocatium de Genea. Deorum.

Hyacinthus fuit puer dilectus Apollini, quē cum Apollo imprudens disco necasset, uertit in florem, qui etiam uocatur Hyacinthus. Gallicè Euillet.

Hiarbas rex Getulie, procus Didonis, qui Sicarbas à quibusdam dicitur.

Hibernia insula nō procul ab Anglia, uulgò Hirlandia uocati.

Hibla mons & regio Siciliæ abundans apibus, & optimo melle. Oui. Quot lepores in Atho, quot apes pasuntur in Hibla. Inde Hiblaus hiblea hibleum.

Hydaspes magnus fluuius in Oriente, qui per Parthos currit in Indiam, & Indo fluuii miscetur: dictus ab Hydaspē rege Medorum.

Hydrusa insula inter Cyclades, ab aquarum copia dicta.

Hydrus

Hydrus, uel Hydruntum, urbs Calabriae ad Adriaticum mare.

Hiera insula prope Siciliā, quæ sacra fuit Vulcano.

Hitro rex Siciliæ.

Hylas filius Thyodamatis, dilectus Herculi, cū quo

Hylas profectus cum aquam hauriret, submersus est.

Hillus filius Herculis ex Deianira.

Hymenæus filius Bacchi & Veneris, Deusq; nuptiarum, qui & Hymen dicitur. Ouidius, Affuit & ser-tis tempora uinctus Hymen.

Himera oppidum Siciliæ.

Hymetus mons Atticæ pulcherrimus, floribus abundans et Apibus. Ouidius, Vertice de summo semper florentis Hymetti, Ex eodem secabatur marmor, quod Hymetium dicitur.

Hypānis, a curta, fluuius magnus Scytharum, qui alias dulcis, apud Callipodes Hamaxampeo fonte amaro uitiatur.

Hyperborei populus Scythia, ultra Rhyphaeos montes, qui miram & felicem leguntur uitam degere, & diu uiuere. Itē Hyperboreus adiectiue, id est, Scythicus, uel Septentrionalis, quasi super Boreā. Luuenalis, Exul hyperboreum si dimittatur ad axem.

Hypermetra filia Danai, de qua uide Belides.

Hyperion Titani & terræ filius, paterq; Solis & Lunæ, & Auroræ, secundum poetas. Ponitur quandoque pro sole. Cicero in Prognosticis, Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi.

Hipparchus fuit Mathematicus insignis.

g 2

Hippe



Van. J. H.

*Amant
mysta*

S. Felth

Hipperides Atheniensis orator temporibus Demosthenis.

Hippias tyrannus Atheniensis Pisistrati filius. Cuius frater nomine Diocles cum uirginem stuprasset, a fratre puellæ fuit occisus. Hippias autem fratris occisorem captum torfit, ut conscios cædis nominaret. Ille autem nominauit omnes amicos tyranni. Quibus à tyranno sine audiētia occisis, ipse tyrannus ab Atheniensibus pulsus, fugit ad Darium regem Persarum, cui et persuasit exercitum mittere in Athenienses: cum quo exercitu ipse tyrannus tandem occisus fuit ab Atheniensibus.

Hippo ciuitas Aphricæ, ubi diuus Augustinus fuit episcopus. Hec ob aquarum irrigua, uocatur à Græcis Catharitum,

Hipponax poëta Græcus Iambographus, patria Ephesus, facie deformis, acer stilo. De hoc uide Bupalus.

Hippodamia, i producta, filia Oenomai regis Arcadia, cui prophetatum erat se periturum, cum filia sua nupsisset. Quare cum procis filia instituit Curule certamen, ista lege, ut si quis eum uinceret, filiam acciperet: quisquis autem ab eo uictus esset, mortem subiret. Multis igitur Procis uictis et occisis, Pelops Tantali filius Hippodamiae nuptias anxie petens, Myrtilum regis aurigam promissione corruptit, Nam promisit ei uirginis primam noctem, si uictor fieret. Tunc Myrtilus axes currus Oenomai fecit cereos: et sic fracto curru Pelops uictor euasit. Tunc Oenomaus seipsum interfecit, et Pelops regno et regina potitus. Myrtilum promissa petentem proiecit in mare: quod ab eo Myrtoum appellatur. Alia fuit

Hippo

Hippodamia uxor Perithoi propter quam pugna fuit inter Centauros et Laphytas. Item alia filia Bryse, quæ Bryseus dicitur.

Hippocrène fons in Helicone monte: quem dicitur angula Pegasi factum. Nam in eo equus, xpo vii fons est.

Hippocrates Couus, Aesculapij filius, et medicorum princeps, qui Medicinam diu perditam reuocauit in lucem. Et corripit d.

Hippolyte, uxor Achaæ regis Magnesia, quæ Peleum falsi criminis accusauit apud uirum suum, dum ille sibi consentire nollet. Alia fuit Amazonum regina, quam Hercules prælio uictam Theseo dedit uxorem.

Hippolytus filius Thesei et Hippolytes prædicte, ab equis discerptus. Nam Phædra nouerca cum ad coitum flectere Hippolytum non posset, cum falso accusauit apud Theseum, quasi se opprimere uoluisset, Theseus autem credulus uxori, rogauit Aegeum patrem suum deum marinum ut filium occideret. Quare cum Hippolytus ueheretur curru iuxta mare, Aegeus Phocas, id est, be-luas marinas emisit: quibus equi territi curru ruperunt. et Hippolytum discerpsere. Sed Aesculapius rogatu Diana quæ Hippolytum amabat, uitæ eum restituit. Quæ Diana in nemus Aricinum iuxta Roman deduxit, et non men ei Virbius dedit, quasi bis uir. Hippolytus autem interpretatur ab equis dissolutus uel discerptus.

Hippocentaurus idem est quod Centaurus, de quo uide superius.

Hippomanes nobilis iuuenis et nepos Neptuni, quæ Veneris ope superauit Atalantæ. Vide superius Atalantæ.



Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni. Cum aliam mulieres in Lemno uiros omnes communi consilio una nocte necarent, ipsa patrem saluauit, et dimisit. Deinde cum argonautae Lemnum uenissent, ex Iasone gemellos peperit. Postea cum Lemniades ob seruatum patrem uellent eam supplicio afficere, fugit, & a Pyratibus capta, Lycurgo regi Nemeae data est, cuius filium Opheltem cum nutrebat, & Argiuis Thebas petentibus, fontem ostenderet, puer in herba relictus, necatus fuit a serpente. Cumque pater pueri eam uellet occidere, a regibus Argiuis fuit defensa.

Hircania regio Scythica iuxta Parthos, abundans Pardis, Tigribus, & Pantheris.

Hyrgis fluuus Scytharum fluens in Tanaim.

Hirpini populus Faliscorum, iuxta montem Soracte, qui in sacrificijs per ignem currebant illaesi.

Hismenus, quare Ismenus.

Hispania est Europae regio ampla, inter Africa & Galliam. Est autem duplex Hispania, scilicet citerior & ulterior. Citerior habet prouincias istas, Galetiam, Tarraconensem, & Carthaginensem. Uterior diuiditur in Beticam et Lusitaniam, quae nunc Portugalia dicitur.

Hispalum ciuitas ulterioris Hispaniae, nunc uulgo Sabilia dicitur.

Homerus Graecorum poetarum maximus, ante dictus Melesigenes: sed a caecitate uocatus est Homerus, quod Ionica lingua caecum significat. De patria eius magna diuersitas est. Nam Aulus Gellius hos uersus ponit, Septem urbes certat de stirpe insignis Homeri, Smyrna,

Hircanias, Mac Saneus, va. P. H. Rhodos,

Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenae. Scripsit opera duo, unum de bello Troiano, quod Ilias dicitur; alterum de Ulysse, quod Odyssaea. Quae opera Aristarchus grammaticus in ordinem redegit.

Homolus mons Thessaliae, & corripit mediae syllabam.

Horodes rex Parthorum, qui M. Crassum occidit.

Horontes dux Lyciorum ad Troiam, submersus in mari. Item fluuius Syriae, qui oritur inter Libanum, & Antilibanum, & transit Antiochiam.

Hunni gens Scythica et ferocissima, prope Gothos. Hi temporibus Valentiniiani Caesaris orbem peruagati, duce Atila, multas & maximas clades fecerunt in Gallia & Italia. Tandem cum urbi Romae imminerent, Leo pontifex uir sanctus Atilam adiit, & in Pannoniam redire persuasit. Nunc Ungari uocantur.

I

Iacchus nomen Bacchi, a Graeco uerbo *ιαχης*, quod est uociferor. Ponitur pro uino. Vergilius, Inflatum hesterno uenas ut semper Iaccho.

Ianus uetus rex in Latium, qui Saturnum accepit socium regni. Hic ob prudentiam dicitur Bisrons, a quo mens Ianuarius: uel a Ianua dicitur.

Ianiculum fuit olim oppidum a Iano factum. Deinde fuit pars urbis Romae, & mons in ea, & porta sic nuncupata.

Iapetus, e curia, filius Titani, pater Promethei, & Epimethei.

Iapis pars Venetiae, circa Timauum fluuium.

Iapyx filius Dædali, rex Calabria, quæ ab ipso Iapigia dicitur.

Iason filius Aesonis, fratris Pelie regis Thessaliæ: qui Pelias misit Iasonem in Colchon, ut afferret aureum uellus, quod etiam iuuante Medea acquisiuit. *pa. 3. 1.*

Iberus, e producta, est fluuius Hispaniæ, quæ ab illo uocatur Iberia: & Iberi dicuntur Hispani. Est etiã Iberia regio Pontica prope Armeniã, cuius habitatores dicuntur Iberes.

Icarus filius Dædali, qui cum patre uolasse dicitur ex Creta: sed cum nimis alte uolaret, liquata cera qua pennæ cræt cõpositæ, cecidit in mare, quod ab eo uocatur Icarium. Vnde Ouid. Icarus Icarcas noie fecit aquas. Alij ab Icaros insula denominatum hoc mare dicunt.

Icarius filius Oebali regis Laconiæ, pater Penelopes & Erigones, qui comes Bacchi, didicit ab illo usum uini: quod cum dedisset messoribus suis, & illi inebriati essent: postquam tandem ad se reuersi essent, Icarium occiderunt, putantes quod uenenum sibi dedisset. Erigone aut filia Icarij mortem patris ira doluit ut se suspenderet.

Ichneumon est animal magnitudine felis, id est catti, speciei muris, quod mus Indicus dicitur, & pugnat cum Aspide atque etiam Crocodilo, quandoque necat dormientem.

Iconium urbs Ciliciæ. Item urbs Phrygiæ & Laconiæ.

Ida est mons Phrygiæ circa Troiam. Inde **Idæus**, id est, Troianus. Etiam est Ida mons in Creta insula. Inde **Idæus**, id est, Cretensis.

Idalius

Idalius est mons in Cypro: unde Venus dicitur Idalia.

Idomeneus rex Cretæ, qui cum Græcis ad Troiã pugnauit. In reditu uero tempestate uexatus, promisit si sospes in regnum rediret, se hoc immolaturum quod exeunti sibi de nauæ, primum occurreret, itaq; cum filium suum qui primus occurrerat immolasset, aut ut alij dicunt, immolare uoluisset, à Cretensibus ob crudelitatem pulsus nauigauit in Apuliam, & urbem Petiliam condidit super Salentinum montem Calabria.

Idumæa regio Syriæ, inter Arabiã & Phoeniciã.

Idume urbs in Idumæa palmis abundans. Lucanus Et arbusto palmarum diues Idume.

Iliã mater Romuli & Remi, filia Numitoris regis Albani, quem Amulius frater regno expulit, & filia eius Iliam fecit sacerdotem Vestæ. Quæ Iliã cum ex Marte concepisset gemellos Remum & Romulum, Amulius eam cum filiis in Tybrim proijci iussit. Filij tamen euaserunt. Alij dicunt Iliam fuisse uiuam defossam, alij uero carcere obijisse scribunt.

Iliõne filia Priami maxima natu.

Iliõn uel Ilios fuit urbs Troiana, ab Ilo rege dicta. unde Iliacus, id est, Troianus: & Iliades femina Troiana: & Ilias opus Homeri, de Ilio uel Troiano bello.

Ilithyã dicitur à poetis Diana, quæ parentibus assistere putabatur. Ouidius, Præpositam timidis est parentibus Ilithyiam.

Illyris uel Illyrium est lata regio inter Italiam, Germaniam, Thraciam & Macedoniam uel Epiru: habens

g 3 ab uno

ab uno latere mare Adriaticū, ab altero Danubium, hæc regio nunc dicitur Sclauonia uel Bosnensis.

Ilberda ciuitas Hispania, quā Sicoris fluius præterlabitur.

Ilua insula in Thusco mari, inexhaustis calybum generosa metalis, ut ait Virgilius. Nam teste Plinio, metalla cæsa illie renascuntur.

Inarime insula in sinu Campano, habens montem qui ignem emittit, unde aiunt poëtæ quod Thyphoeus Gygas sub illo sepultus sit. Virgilius, Inarime Iouis imperijs imposta Typhoco.

Inachus, a curta, primus rex Argiuorum, pater Idis, quæ à nomine patris dicitur Inachis. Item Inachus etiam fluius est Achaia.

India est prima & maxima regio Orientis, abundans auro & argento, & lapidibus preciosis.

Indus maximus fluius India, qui LX. fluius in se recipit, torrentes autem ultra centū. In eodem sunt Crocodili ut in Nilo.

Ino filia Cadmi & Hermionis, uxor Athamantis regis Thebarum, quæ uidens maritum insanientem & Learchum filium occidisse, fugiens cum altero filio Melicerta, se tandē de Seyronijs saxis in mare præcipitauit cū filio, & ambo dii maris effecti sunt, mutatis nominibus. Nam Ino dicta est Leucothea: Melicertes autem, Palaemon. Ouidius IIII. metamorph.

Insubres Galli in Italiam uenientes condiderunt Mediolanum, & alia circum loca tenuerunt.

Io filia Inachi regis Argiuorum, quam Iupiter amauit, &

Ioanahis. va. 3. I.

Ioanahis. va. 3. I.

Ioanahis. va. 3. I.

Ioanahis. va. 3. I.

uit, & subito interuentu Iunonis mutauit in uaccam. Iuno tamen suspitione non carens, orauit Iouē, ut eam uaccam sibi daret, quam & Argo centum oculos habenti custodiendam tradidit. Sed cum Mercurius à Ioue missus Argum necasset, irata Iuno æstrum bobus infestum misit, ut Io uexaret. Io igitur ab æstro stimulata, huc & illic cucurrit, & in Aegyptum ueniens, in pristinam formam restituta, Osiridi regi nupsit, & Isis uocata, post mortem dea facta est.

Iole filia Euryti regis Oechalia, quam Hercules tam ardentem amauit, ut ei seruiret sicut ancilla domina, & ipsa iubente, muliebri ueste indutus neret.

Iocasta filia Creontis & uxor Laij regis Thebani, post cuius necem ignorans nupsit Oedipodi filio suo, & ex illo genuit Polynicē & Etheoclē filios, qui cū in prælio mutus uulneribus occidissent, ipsa quoq; se necauit.

Ionia est regio Græcorum in Asia, in qua sunt urbes Ephesus, Miletus, Priena, & alia: hinc Iones dicuntur ipsi habitatores: & Ionium mare, illi uicinum regioni.

Ioppe urbs maritima Palestinae et uetustissima ante diluuium condita, in ea saxum est, ad quod Andromade filia Cephei ceto exposita fertur alligata fuisse.

Iordanis amœnus fluius Iudææ, qui oritur (ut ait Plinius) à fonte Paneade, & Galileam à reliqua Iudæa separans, tandem labitur in mare mortuum.

Iphigenia, i producta, Agamœnonis & Clytemnestra filia. Cum enim Græci ad Troiam profecturi essent in Aulide, nec umentum idoneum haberent, responsum est à Vatribus id fieri irâ Dianæ, cuius ceruum rex Agamœnon

Joseph. va. 3. I.

Joseph. va. 3. I.

Joseph. va. 3. I.

Joseph. va. 3. I.



Io. uide
rehamo p. 13.

Vigil.
ca. 107.

Arno.

memnon occiderat, placari autem dea non posse nisi Iphigenia filia eius immolaretur. Igitur Vlysses profectus Mycenis illam adduxit in Aulidem, dicens matri quod pater eam dedisset Achilli. Sed cum esset uirgo occidenda, Diana eius miserata cernam in eius specie obtulit, & Iphigeniam duxit in regionem Tauricam, ubi sacerdos Dianæ facta est. Postea Orestes frater eius per furiam illuc uenit, & cum pro consuetudine esset immolandus, à sorore cognitus liberatus est. Deinde Orestes occiso Thoante rege, cum sorore & simulacro Dianæ fugit in Italiam ad oppidum Aritiā.

Iphiclus filius Almenæ, eodem partu editus cum Hercule, sed Hercules ex Ioue, Iphiclus ex Amphitryone conceptus.

Irus quidam mendicus in Ithaca, corpore grandi sed debili, qui cum alijs domum Vlyssis absentis exhauriebat. Sed Vlysses reuersus illum pugno occidit. Ponitur pro quolibet paupere.

Is urbs in Chaldaea, & lacus prope eam bitumen gignens, sic uocatum fuit Miledunum, instar cuius facta est Parisius.

Isara magnus fluuius Gallie, in finibus Allobrogum.

Isauria est regio Asiæ prope Ciliciam, quidam uero dicunt esse partem Ciliciæ. Vnde Florus ait, Isaurum esse arcem Ciliciæ.

Isaurus fluuius in Piceno prope urbem Pisaurum. Item urbs in Isauria uel Cilicia.

Isis filia Inachi, prius Io dicta, regina & dea Aegyptiorum.

ptiorum. Vide Io.

Issa insula & urbs circa Dalmatiam.

Ismenus, e longa, fluuius Bœotie circa Thebat. Vnde Ismenius, id est, Thebanus.

Ismenides femina Thebanæ.

Ismarus mons Thraciæ in quo fuit urbs nomine Ismara, quæ & Maronia dicitur.

Ismarus, id est, Thracius.

Isocrates Atheniensis sophista, id est, sapiens doctor, qui multos auditores & discipulos habuit temporibus Aristotelis.

Ister maximus fluuiorum Europæ qui inter Germaniam & Ungariam & Scythiam labitur, Aquilonè uersus, ac tandem septem hostijs ruit in pontum. Dicitur etiam Danubius.

Istria est regio inter Istrum & Italiam. Nā ab Italia separatur Adriatico sinu, & est pene insula circa Liburniam. Quidam ponunt partem Italiæ.

Isthmos dicitur angusta terra inter duo maria, unde Corinthus urbs sita est in Isthmo Achaico. Horatius, Non cuius homini contingit adire Corinthum.

Italia regio nobilis & fertilissima inter Adriaticum mare & Tuscum, item inter alpes & Siculum fretum. Italia in multas diuiditur regiones, scilicet Liguriam, Ethruriam, Umbriam, Flamincam, Latium, Aprutium, Campaniam, Apuliam, Venetiam, Picenum, Galliam Cisalpinam, quæ nunc Lombardia dicitur.

Ithaca est insula ante Athasem sita, & fuit patria Vlyssis qui ob id dicitur Ithacus. Virgilius, Hoc Ithacus ue



eus uelit, & magno mercentur Atrida.

Ithyra urbs in monte Tauro Parthia uersus. Vnde Icyreus, id est, Parthicus. Item Iturei gens in Coele Syria in montanis habitans.

Ity filius Terei regis Thracum, conuersus in Phasianam auem. Vide Progne.

Iuba rex Mauritanie, tempore magni Pöpeij, cuius partes secutus cum Petreio Pompeiano uictus à Cesare fugit in regia, & large epulatus Petreii orauit eadem.

Iudæa regio maioris Asiae, ubi quondam habitauere Iudæi expulsis Chananeis, alijsq; gentibus. Est aut inter Arabiam & Pheniciam, Aegyptum & mare Cyprium.

Iugurtha rex Numidarum callidus, bellicosus, & perfidus, uictus tandem à Mario consule Romano, & Romæ in carcere necatus. Lege Sallustium.

Iugula sydus quod & Orion dicitur.

Iulus filius Aeneæ, alio nomine Ascanius. Virg. At puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo.

Iuno filia Saturni & Opis, soror & uxor Iouis, dea regnorum habita. Dicitur etiam à patre Saturnia.

Iupiter filius Saturni & Opis, rex Cretæ, summus deorum habitus. Est etiam unus planetarum, est & Aër.

Iura est mōs Gallie Sequanos ab Heluetijs diuidens.

Iuturna Nymphea latina, soror Turni à Ioue uitiata.

Iuuerna insula Oceani inter Britaniã et Hispaniã.

Ixion rex Thessalie, qui perfidus fuit. Nam socerū cui multa promiserat, in fossam igneam demisit. Idem à Ioue in conuiuū adhibitus, tentauit Iunonem de stupro,

quod

Medas mac Sa Cens. Va. 7. I.

Julianus equus Romanus. V. 7. I.

Iustinianus. imp. V. 7. I.

quod sciens Iupiter, obtulit ei pro Iunone Nubē, ex qua ille Centauros genuit. Sed cum gloriaretur se cum Iunone coisse, trusus ad inferos dicitur, & alligatus rotæ uersatili & plene serpentibus. Ouidius, Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.

L

Labdacus, a curta, rex Thebanus, pater Laij regis unde Thebani uocantur Labdacida.

Labyrinthus erat edificium tanta uarietate uiarum, ut quisquis intrasset, uix unquã reperire posset exitum. Fuerunt quatuor Labyrinthi, Primus & maximus in Aegypto. Secundus in Cretam factus à Dædalo. Tertius in Lemno. Quartus in Clusio urbe Thuscie, quem struxit Porfenna rex Thuscie pro sepulchro suo.

Lacedæmon urbs nobilis Laconia, alio nomine Sparta.

Laconia est regio in Achaia. Vnde Lacon dicitur uir ex Laconia, & Lacena, mulier ex Laconia.

Lacinium est Italiae promontorium inter Ionium & Adriaticū mare, in quo erat tēplū Iunonis Lacinie.

Lachesis e curta, dicitur una Parcarum, à λῆξις quod est fortiri. Vide Atropos & Parca.

Lacides Cyreneus philosophus princeps noue Academiæ, studiosus à puero, seuerus & pauper. Successor fuit Arcesila, & magister Carneadis.

Ladon fluius Arcadie, lauris circumpositus.

Laertes per tres syllabas, fuit pater Ulyssis, qui inde dicitur Laertiades.

Læander per æ diphthongum, fuit iuuenis Abidænis,



83.
Jac. tantin

+ Sepulcrum

denus, id est, in Abydo urbe Hellepontis, qui tranare solitus per Hellepontum ad Eron amicam suam, tandem submersus fuit. Vide Ouidium in epistolis Heroidum.

Læstrigones etiam per æ diphthongon, erant homines in finibus Campaniæ, qui humanis carnibus vescerentur, apud quos Ulysses aliquot socios amisit. Iuuenæ. Fingentem immanes Læstrigones & Cyclopas.

Lagus, uide Ptolemæus.

Lamius mons Ioniæ, sed melius Latmius. Vide infra.

Lamiæ dicuntur mulieres nocturnæ, quæ infantes noctibus rapiunt, & comedunt. Horatius, Nec Pransæ Lamiæ puerum uiuum extrahat aluo. Item quedam Romana familia.

Lampetia filia Solis, ex Neera, quæ cum Phaëtusa sorore sua patris armenta pascebat in Sicilia.

Lampia, i producta, fluius Arcadiæ, uel ciuitas secundum Lactantium.

Lampfacus oppidum Hellepontis, in Asiatico latere, ubi Priapus colebatur.

Langia, i producta, fons in Nemea regione Arcadiæ, ex quo refectus fuit Argiuius exercitus ad Thebas uadens cum graui ter sitisset.

Lapithæ uel Laphitæ, i curta, populus Thessaliæ apud Othryn montem, continua bella cum Centauris gerentes.

Larine fons in Attica.

Larissa urbs Thessaliæ, à qua Achilles dicitur Larissæus.

Laodi

Laodicea urbs Coelesyriæ, ad montem Libanum. Alia urbs Asiæ celeberrima ad Lycum fluium sita.

Laomedon rex Troiæ, filius Ili, & pater Priami, qui perierat fuit. Nam Apollini et Neptuno, qui muros Troiæ fecerant, promissam iuramento pecuniam negauit. Quapropter illi filiam eius Hesione Ceto exposuerunt: quam Hercules occiso Ceto liberauit, pactus, ut rex equos nobiles sibi daret in præmium. Sed cum Laomedon promissa non solueret, Hercules Ilium euerit, & regem occidit.

Lara Nympha Latina, quia furtiuos amores Iouis Iunoni indicauerat, Iupiter ei linguam abscidit, & ad inferos duci iussit per Mercurium, qui ex ea gemellos genuit, Lares uocatos. Eadem Larida dicitur.

Latium regio Italiæ in qua est Roma; & est à Tiberi ad Lirim fluium. Hinc Latinus & Latialis.

Latona filia Ceti Titani, mater Apollinis & Dianæ, unde Apollo dicitur Latous, uel Latonius, uel Latoides. Et Diana dicitur Latonia, uel Latois Latoidis.

Latmius mons Ioniæ uel Carie, in quo dormientem Endymionem Luna dicitur osculata. Ouid. Latmius Endymion non est tibi Luna rubori.

Lateranus erat nobilis Romanus quem Nero iussit occidi. Cuius ædes postea facta est ecclesia, quæ Lateranensis dicitur.

Lauinum uel Lauinium, fuit urbs in Latio, quæ & Laurentum & Laurolauinium dicebatur.

Lauinia filia Latini regis, propter quam Turnus, & Aeneas bellauerunt. sed ut Vergil. ait, Aeneas Turnum

h num



num occidit.

Laurentes erant Latini, dicti à Laurento urbe.

Laurentum fuit urbs in Latio quæ & Lauiniū. Sed Laurentum est oppidum in Piceno, ubi celeberrimum templum est diuæ Mariæ semper uirginis: in quo dicitur esse conclaue Mariæ, portatum illuc ab angelis.

Learchus filius Athamantis, & Inonis, quem pater furiosus factus pro ceruo necauit.

Leda uxor Tindari regis Laconia: cum qua Iupiter in forma cygni dicitur coisse. & illa fabulatur duo oua protulisse: & ex uno ouo nati sunt Pollux & Helena immortales: ex altero ouo Castor & Clytemnestra mortales. Hinc Pollux & Castor uocantur Ledaï.

Lemannus est lacus Gallia non longe à Rhodano. Nunc uulgò dicitur Lausane Gallicè.

Lemnos insula in Aegeo, una Cycladum: in qua nutritus fuit Vulcanus, qui Lemnius dicitur. Item Lemniades, id est, mulieres in Lemno cum essent uiris suis odiosæ, illos a longo bello reuersos una nocte simul occiderunt, præter Hysiphilem, quæ patrem suum regem seruauit, ut antè dictum est.

Lenæus, id est Bacchus, à λινός, quod est torcular, aut lacus.

Leonides rex Sparta, qui parua suorū manu Xerxem regem euntem in Græciam diu tenuit, & tandè cum suis fortissime pugnans occubuit. Iustinus libro 1.1.

Lerna est lacus Achaia circa Argos, & palus in qua fuit Hydra multis capitibus, quorum aliqua quoties Hercules amputasset, mox renascebantur plura. Sed tan-

dene

dem cōgesta lignorum strue eam exussit. Verg. Lerneus turba capitum circumstitit anguis.

Lesbos insula circa Troadem, habes urbem Mitylenem, patriam Alcei, & Saphus poetarum Lyricorum.

Lethe fluuius inferorum, & interpretatur obliuio. Inde letheus. Etiam est fluuius in Aphrica.

Leucas insula circa Epirum. & urbs in ea, caput Acarnania.

Leucates promotorium Epiri prope Ambratiam urbē. Verg. Mox & Leucate nimbofa cacumina mōtis.

Leucotea, id est, alba dea, sic dicta est Ino uxor Athamantis postquam submersa facta est marina dea.

Leucothea filia Orcami Babylonij, quam à Phœbo grauidatam pater crudeliter defecit uiuam. Sed Phœbus eam mutauit in arborem Thuream, ut ait Ouidius quarto Metamorphoseos.

Lenthre oppidum Boctia.

Leuctra oppidum Laconia.

Libanus mons Phœnicia, uel inter Syriā & Phœniciam.

Libetrides sunt Musæ, dictæ sic, uel à Libetra fonte Magnesiæ: uel à Libethro spelunca Aonia prope Paronasum.

Liber Bacchus, quod liberat curis. Hinc Liberalia, id est Bacchanalia.

Libya regio Aphrica, Aegypto contermina: dicta à Libya coniuge Epaphi filij Iouis. Ponitur pro tota Aphrica. Etiam dicitur Libye huius Libyes.

Liburnia regio inter Illyricum & Dalmatiā, nūc

h 2 uulgò

quiglo nominatur Croatia, & potest esse pars Sclauoniae. Hinc Liburni dicuntur habitatores Liburniae.

Lycæbes uir Thebanus, de quo uide Archilochus.

Lycia regio minoris Asiae inter Paphlyam & Cariam. In qua sunt Patara & Myra, urbes insignes; illa ortu, hæc episcopatu diui Nicolai. Olim habuit Lycia urbes LXX. Item Lyci dicuntur incolae Lyciae.

Lycæon, a producta, rex Arcadiae, pater Calistonis, qui solitus necare hospites, à Ioue, cui idē facere tentabat, est mutatus in lupo. Ouid. primo Metamorph. et ponitur frequenter pro lupo.

Lycaonia regio minoris Asiae iuxta Ciliciam.

Lycæus per dipthongon, mons Arcadiae, in quo fuit templū Panos, uel Fauni, uel Iouis Lycæi. Ouidius, Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Lycastus urbs Cretæ, dicta à luporum copia.

Lycetus oppidum Cretæ. Inde Licetus, id est, Cretensis.

Lycopolis urbs Aegypti, dicta sic à lupis, qui hostes fugasse dicuntur. Nam λύξ Græcè lupus dicitur.

Lycus Thebanus exul, qui absente Hercule reuersus Creontē regem occidit, & regnum tenuit. Alius rex Thebanus maritus Antiope, de quo superius Antiope & Dirce. Item Lycus est fluuius Asiae.

Lycophron Chalcidensis Tragœdiarum scriptor. Item filius Periandri tyranni, qui patri, quod matrē occiderat, nūquam reconciliari potuit, neque post hoc patrem uidere uoluit.

Lycurgus Lacedæmonius princeps, & legum lator.

tor. Alius fuit rex Thraciae qui Bacchum contemnens, cū uites amputare uellet, sibi crura amputauit. Alius autē fuit Lycurgus rex Nemeæ, pater Opheltis. *va. 76*

Lydia regio in Asia minori, inter Cariam et Phrygiam.

Lycæus, id est Bacchus, à Græco uerbo λύξ, quod est soluo: quia mentes hominum & membra soluit.

Ligeris fluuius Galliae Celticae, circa Bituriges, & Aquitanos, ac Aurelios.

Liguria prima regio Italiae, ab Apenino ad mare Thuscum. Itē à flumine Varo ad Macram flumē in qua sunt urbes, Genua, Sauona, Naulum, & Albigena &c.

Lilybæum promontorium Siciliae uersus Libyā, & urbs ibidem.

Lyndus urbs in insula Rhodo, ubi solis maledictis Herculi sacrificabatur. Vnde sacrificare Herculi Lyndio uel Rhodio est maledicere.

Lynceus quidam uir miræ acuitatis in uideō. Horatius, Non possis oculo quantum contendere Lynceus, & cetera.

Lingones populus Galliae in prouincia Lugdunēsi. Lucanus, Pugnaces pictis cohibebāt Lingones armis, quorum praesul dux & par Franciae.

Linternum uicus Campaniae, ubi Scipio Africanus inuidia cedens obiit ac sepultus fuit.

Linus filius Mercurij, uel ut uult Vergilius, Apollinis, & Vraniae muse, Thebanus poëta antiquissimus.

Lynx rex Scythiae, qui Triptolemum à Cerere missum, ut frumētī usum hominibus demonstraret, occidere



Lucas

S. Jo.

Uista

*in Genes
fo. 11. 12.*



LI LO LV

tentavit, ut inuenti frumēti gloriam in se trāsferret. Sed à Cerere mutatus fuit in bestiam uarij coloris.

Liris fluiuius in Italia prope Minturnas oppidum.

Lipāre, a curta, insula una ex Aeolijs in Siculo fretō.

Lysippus sculptor nobilis. Martialis, Nobile Lysippi munus opusq; uides.

Lysander Lacedaemonius dux clarus, qui Atheniē ses praelio superauit, tandem occisus à Thebanis.

Lisus fluiuius Thraciā epotus ab exercitu Xerxis, ut scripsit Herodotus.

Lixos urbs Mauritaniae regia quōdam Anthai gygantis, ubi etiam fuisse leguntur horti Hesperidum.

Locri populus Graeciae in Locride regione iuxta Bœotiam. Item populus & urbs Brutiorū super Locriano monte in finibus Italiāe contra Siciliam.

Lotophagi populus Aphricae: dictus quōd Loto uestatur. Nā Lotos est arbor habens poma dulcissima, sed insalubria, quae arbor abūdat apud Lotophagos. Ad quos cū uenisset Vlysses, socios suos uix potuit abducere

Luca uetus urbs Tusciae, uel Ethruriae. Inde Lucensis.

Lucania regio Italiae inter Apuliam & Calabria, uel inter Campaniam & Brutium. Inde Lucanus.

Luceria urbs Apuliae.

Luceres erant milites Romuli, uel tertia pars populi Romani, tempore Romuli regis, dicti à Lucerio principe.

Lutetia est regia urbs Galliae, scilicet Parisius, secundum

Luceo Emilio. l. o. r. a. 7. l.
Lucio papirio. v. a. 7. l.
Lucio quincio. v. 7. l.
Lucio scipione. v. 6. l.
Lucio sicinio. v. 4. l.

LV. DIST. MA

cundum aliquos. Alij scribunt Lutetia, à Luto, cuius prima corripitur: haec nullam fertur habere parem.

Lucina dea partus, quasi lucem dans, & est Diana uel Iuno.

Lucretia nobilis Romana, uxor Collatini, quam Aruns regis Tarquini filius per uim stuprauit. Quod ipsa cum patri & uiro indicasset, cultro se occidit, & causam dedit ut rex cum prole expelleretur, & urbs libera fieret, quod factum est.

Lucrinus lacus Campaniae, sic dictus à Lucro, propter copiam piscium.

Lugdunum urbs Galliae, à Plautio Romano pro consule condita, in colle ubi Arar Rhodano miscetur, Gallicè Lyon.

Luna fuit oppidum Ethruriae ad mare Ligusticum, adhuc habens portum egregium, à quo dicitur Lunensis caesus specialis.

Lupercal erat locus Romae, & specus sub monte Palatino ubi colebatur Faunus, uel Pan Lycaeus contra lupos. Hinc Lupercalia quaedam festa aut Ludi: & Luperci, qui Lupercalia agebant, qui currebant nudi, & caprina pelle mulieres percutiebant, quod putabant conferre fecunditatem. Iuuenalis, Nec prodest agili palmas præbere Lupercō.

Lusitania est regio & pars ulterioris Hispaniae, nunc Portugalia appellata.

Lutetia urbs. rex franco. l. M

Machaon, media producta, filius Aesculapij, clarus medicus, sicut & frater eius Podalirius.

g. Macha

Part. Macha

certauit. Sed à Phœbo uictus pro poena fuit excoꝛiatuꝛ,
& mutatus in fluuium. Ouidiuꝛ, sexto Metamorphoseos.
Iuuenalis, Occurrit fronte obducta seu Marſica uictuꝛ.
Marchion hareticus ponens duo principia, ſalici-
cet bonum & malum.

Marſi populuꝛ Italiaꝛ inter Pelignuꝛ & Sammituꝛ,
qui contra ſerpenteꝛ naturaleꝛ uim habuiſſe dicuntur.

Maruꝛ deuꝛ belli, filiꝛ Iouis & Iunoniꝛ, uel ut alij
uolunt Iunoniꝛ tantum. Nam ut fabulatur Ouidiuꝛ, Flo-
ra dea Iunoniꝛ petenti floreꝛ oſtendit, cuiuꝛ tactuꝛ conce-
pit, & Martem peperit. Hinc Martiuꝛ, id eſt, pertineꝛ
ad Martem uel bellicoſuꝛ.

Maſſagetæ populuꝛ Schyticuꝛ. Lucanuꝛ, Maſſa-
geteꝛ quo fugit equo, uolucꝛeꝛq; Geloni.

Maſiniſſa rex Numidarum, in Aphrica, amicuꝛ po-
puli Romani.

Maſſilia urbuꝛ Gallie Narbonenſiꝛ, ad mare, à Pho-
cenſibuꝛ condita, ubi beata marie Magdaleneꝛ corpꝛ
habetur.

Maſſyli populuꝛ Aphricaꝛ prope Mauritaniaꝛ, unde
leoneꝛ acꝛeꝛ prodeunt.

Maſſicuꝛ monꝛ Campanieꝛ proſtereꝛ egregia ui-
na, uide Martialeꝛ.

Matrona fluuiꝛ Gallieꝛ ortuꝛ in ſinibuꝛ Lingonũ,
& Celtæ à Belgis ſeparans, alio noꝛe Materna uocatur.

Matuta eſt primæ lucis dea ſcilicet Aurora. Inde
matutinuꝛ.

Matinuꝛ monꝛ in Apulia, & Matini populuꝛ,
ibidem.

Maſſimilianuꝛ imperator. uel Mauoꝛ

Mauoꝛ, id eſt, Marꝛ deꝛ belli. Ouidiuꝛ, Sic ego,
ſic poſita dixit mibi caſide Mauoꝛ.

Mauri populuꝛ Aphricaꝛ niger in Mauritania, à
mauꝛoꝛ quod Græce ſignificat nigrum, quia nigri ſunt.

Mauritania eſt regio Mauoꝛoꝛum in ſine Aphri-
cæ, Hiſpaniã uerſuꝛ, nam à Bethyca ſeparatur Gaditano
fretu.

Mauſoluꝛ rex Cariæ, cui mortuo Artemiſia uxor
fecit ſumptuoſiſſimuꝛ ſepulchꝛum, quod dicitur Mauſo-
leum, & inter ſepꝛem orbis miracula numeratur. Mar-
tialiꝛ, Aere nec uacuo pendentia Mauſolea.

Medea filia Oeteꝛ regis Colchorum, ex Hypſea cõ-
iuge, Quæ Iafoneꝛ ex Teſſalia cum Argonautiꝛ proſe-
ſiꝛum amauit, & cum iuraſſet ille quod eam nunquam re-
linqueret, adiumento fuit, ut uelluꝛ aureũ acquireret, &
draconẽ occideret. Cum igitur cũ Iafone clam abiret, et
pater eam perſequeretur, ut illum retardaret, & fratrem
ſuum paruulum nomine Aegialeum uel Abſyrtum quẽ
ſecum habebat occidit, & eiꝛ corpꝛ mebratim diſceꝛ-
pſit. &c. Cumq; iam multis annis cum Iafone uixiſſet in
Græcia, & aliquot filioꝛ ex illo habuiſſet, Iafon eam re-
pudiavit, & Glaucam Creontis regis filiam duxit. Me-
dea uerò repudiata, filioꝛ Iafoniꝛ occidit, & regiam in-
cendens, Glaucam, & Creontem exuſit, ſed Iafon ſe-
ipſum interfecit. Poſtea Medea facta eſt uxor Aegæi
regis Athenienſiꝛ. Deinde in Aſia refugit, ubi ex rege Me-
dum filiũ ſuſcepit, à quo Media prouincia appellata eſt.
Fuit autem Medea uenefica & incantatrix præcipua,
unde dicitur Aefoneꝛ Iafoniꝛ patrem, ex ſene iuuenem
ſciſſe

fecisse suis herbis & carminibus. Vocatur etiã Actias à nomine patris, & Colchis à regione patria.

Media regio maioris Asiae, Assyriae et Persidi adiacens. Inde Medus, id est, aliquis ex Media, et Mèdeus, e producta.

Mediolanum urbs metropolis Insubrũ Gallo-
rum in Italia trans Padũ, non procul ab Alpibus, cuius principatum nunc Francorum rex obtinet.

Medusa, u producta, filia Phorci, una Gorgonum, quæ à Neptuno in templo Palladis stuprata fuit. Quare Pallas irata capillos eius mutauit in angues: fecit etiã ut omnes eã inspicientes mutarentur in lapides, quod propter eius summam pulchritudinem fictũ est. Postea Perseus Iouis & Danaës filius, acceptis à Mercurio talaribus, id est, alis & ense falcato, item à Pallade scuto accepto, Medusam dormientem decollauit, & illo capite hostibus ostẽso, illos in saxa mutauit. Postea Pallas hoc caput imposuit Aegidi, id est, scuto suo.

Megara, est una de tribus Furijs infernalibus. Claudianus, Improbã mox surgit tristi de sede Megara.

Megara filia Creontis, & uxor Herculis, quã ille furens occidit.

Megarum pars Attica, in qua est urbs Megara. Itẽ megãris est etiam urbs Siciliae, & corripit a.

Melas fluuius in Asia, et alius in Thracia, alius itẽ in Boeotia à Parnaso fluens, & Palladi sacratus, quoniã oliui obsitus est.

Melãpus Amithaonis filius Argiuius uates, & medicus.

Melãger

Meleager, a producta, filius Oenei regis Aetoliae. Cum autem grãdis aper Aetoliam deuastaret, Meleãger ad illum occidendũ conuocauit proceres: inter quos fuit Atalanta uirgo, quæ Aprũ prima uulnerauit: Meleãger autem eius amore captus, cum aprum ipse occidisset, illi caput apri dedit. Quod ægre ferẽtes duo auunculi Meleagri, caput uirgini uolebãt auferre: sed Meleager illos occidit. Tunc Althæa soror occisorum, & mater Meleagri, ut neces fratrum uindicaret, fatale stipitẽ igni imponens, Meleagram pariter exussit. Nã Meleagro recens nato Althæa mater eius Parcis uidit stipitẽ igni imponere, ac dicere, O puer tãdiu uiues quamdiu hic stipes. Althæa ergo Parcis abeũtib, mox stipitem igni extraxit, & diligenter custodiuit. Iam uero erga fratres pia, sed erga filium impia, illum stipitem rursus igni imposuit. Quo combusto, Meleager etiam cõbustus fuit. Ouidius octauo Metamorphoseos.

Melicerta uel Melicertes deus quidam marinus, alio nomine Palemon. Vide superius Ino.

Melissigenes est proprium nomẽ Homeri poëtæ, sumptum a Melete fluuiio prope quem natus est. Nam Homerus postea cognominatus fuit à cecitate sua, ut ante scripsimus.

Melissus uetus rex Cretensium, cuius filiae Iouem infantẽ pauerunt. Alius eo nomine fuit philosophus auditor Parmenidis.

Melite insula inter Aphricam, & Siliciam melle abundans.

Melpomene penultima curta, est una musarum, dicta



Metamorphoseos
de Me. Dusa.
noit Ouid.
Metamorph. f. 51.

dicta à Græco uerbo μέλιτι quod est canto, uel à μέλιτι.

Memphis nobilis & regalis urbs in Aegypto, ad Nilum sita. Inde Memphyticus & Mēphitis adiectiua

Memnon filius Titonis & Auroræ, qui Troianis ex oriente ferens auxilia, & fortiter pugnās, ab Achille occisus fuit. Ad cuius sepulchrum, quod est prope Ilium, quotannis ex Aethiopia uolant aues, quas uocant Mēnonias. Virgilius, Et nigri Memnonis arma.

Menalippus Thebanus, qui Tydeū occidit, et ab illo occisus & laceratus. Vide Tydeus.

Mendes urbs in Aegypto, unde Mendesium ostiū unum Nili & oppidum.

Menalippe regina Amazonū, ab Hercule capta.

Menalus, superius Menalus.

Menapij populus iuxta Rhenū fluuium Olim inter Gallos Belgas, nunc inter Germanos computatus, & uulgo Iuliacenses appellantur.

Menelaus filius Atrei, frater Agamemnonis, rex Sparte ciuitatis, et maritus Helenæ quā rapuit ei Paris.

Menedemus Erethriensis sophista temporibus Socratis.

Menetiades, Patroclus filius Menetij, amicus Orestis.

Mencæus per treis syllabas nobilis Thebanus filius Creontis, qui postea rex fuit. Argiuis autē Thebas ualide oppugnantibus, Tyresias uates ait urbem oppugnandam, nisi aliquis de progenie illorū qui nati fuerāt de dentibus serpētis occisi per Cadmū morti se traderet.

Menenius Agrippa. in 3. M.

Itaque

Itaq; Mencæus super murum stans, ense suo se transfexit, & in hostes se demisit. Et mox illo uiso hostes abierunt. Ita narrat Statius Thebaidos libro decimo.

Mæander Græcus poeta comicus.

Mentor, calator paterarum egregius.

Mæonia & Mæonides, quare ante Mæonia.

Mercurius filius Iouis et Maia filie Atlantis. Hic dicitur deus eloquentiæ, et interpres, aut nuntius deorū.

Cicero enumerat quinq; Mercurio, sed parum refert. *ua. 3. M.*

Meroe, insula Nili apud Aethiopes, in qua femina solebat imperare. Itē sunt ibi femina mamosa, id est grādibus mammis. Iuuenalis, Qui tumidū guttur miratur in Alpibus, aut q̄s in Meroē crasso maiore ifante mamillā.

Mesana urbs Siciliae propinqua Peloro, Colonia ciuium Romanorum, cuius habitatores uocātur Mamertini, quia à Mamertinis Campanie populo uenerunt.

Messenia regio in Achaia habēs mōtes. x v i i i. In qua regione est ciuitas Messene.

Mesopotamia regio orientalis inter Tigrim & Euphratem fluuios sita, unde & nomen habet. Nam *αἰε* græce, medius latine, *μεσος* uero fluuius dicitur. Igitur hæc regio habet ab Oriente Tigrim, ab Occidente Euphratem, à Meridie Babyloniam, ab Aquilone Caucasum.

Metaurus fluuius Umbriæ, præterfluens urbē Fanum, circa quē M. Lilius & Claudius Nero profligauerunt Hasdrubalem fratrem Hannibalis.

Metapontum urbs Italiae in sinu Tarentino.

Metymna urbs in insula Lesbo, ubi bonum nascitur

tur

tur uinum.

Metius Suffetius, dux Albanus tempore Tulli regis Romanorum, à quo rege uocatus ad bellum Metius contra Fidenates, uenit quidē, sed praelio abstinuit. Tullus uerò hostibus superatis Metium equis in diuersa nitentibus alligatum discerpi fecit.

Mycenæ Mycenarum, urbs Achaiae à Perseo condita, prope Argos, quae quādoq; habuit imperiū Achaiae, tandem ab Argiuis euersa. Horatius, Aptum dicet equis Argos ditesq; Mycenas.

Micypsa rex Numidarū, filius Masinissae regis. de quo Sallustius i Iugurtino, fuit enim Iurgurtae patruus.

Mycōne, o curta, insula prope Delum, & una Cycladum.

Mydas Gordij filius, rex Phrygiae ditissimus. De hoc fabulantur quod Bacchus ei dederit optionem petendi à se quicquid uellet. Ipse autem petijt, ut quicquid tanget, aurum fieret. Annuēte Baccho, Mydas ut rem experiretur, attigit ligna, lapides, poma, & mox omnia erant aurea. Sed cū cibis & potus à se contacti aurū fierent, tūc tandem sensit, se stulte petisse: & poenitēs, Bacchum orauit, ut hoc munus auferret. Cui Bacchus iussit, ut in Pactolo flumine se lauaret, et sic liberaretur. Vnde tūc aurum esse coepit in Pactolo. Postea cum Phœbus & Pan carmine certarent, & Tmolus mons iudex electus, pro Phœbo sententiā tulisset, Mydas qui etiā aderat, ingenij stoliditate Pana pretulit. Qua re indignatus Phœbus aures asininas Mydae fecit, quas Mydas sic occultauit, ut nemo sciret præter tonsorē. Tonsor autē tam no-

uam

uam rē neque tacere potens, neq; proloqui ausus, fossam fecit in qua clamauit hæc uerba, Aures Asininas habet rex Mydas. Deinde fossam terra redoperuit. Successuq; temporis creuerunt illic arundines, quae commota uocē quam tonsor infoderat, reddiderunt. Hæc omnia Ouid. libro xi. Metamorph. uide etiam apud Persium.

Mygdonia regio littoralis Macedoniae.

Milciades dux clarus Atheniensium, qui undecim milibus suorū prostrigauit sexcenta milia Persarū in campis Marathonij. Postea tamen damnatus peculatus, in carcerem coniectus obiit. Neq; sepeliri permissus est, an tēquam filius eius uincula patris assumpsit.

Miletus, e lōga, urbs metropolis in Ionia aut Asia. Alia est in Creta, Alia in Lesbo. Inde Milesius.

Miletum oppidum in Attica, iuxta Bœotiam.

Milo Crotoniata, id est ex urbe Crotone, fortissimus uir, qui iuuuū bouem per stadium portabat humeris, eundemq; manu occidit. Alius fuit Romanus qui Clodium occidit.

Mimalones, o curta, uel Mimalonides, dicuntur sceminae Bacchantes, id est Bacchi sacra peragentes, à Mimi monte Asiae.

Mincius fluuius Italiae, qui ex Benaco fluuiio ortus, urbem Mātuanam circuit, deinde fluit in Padum, hinc Vergilius dicitur Minciada. Iuuenalis, Illos Minciadae celebrat dulcedo Maronis.

Minerua, id est Pallas, filia Iouis, ex cuius cerebro nata dicitur: est dea sapientiae, & artium, & bellorum. Ponitur pro natura, pro ingenio, & pro arte.

i Minya



Minyæ Minyarum populus Thessaliæ, qui cum Iasone nauigauerunt in Colchos. Lucanus, Minyæ gēs cognita remis.

Minos filius Iouis & Europæ, rex Cretensiu, quibus & leges scripsit. Hic fingitur à poëtis esse iudex apud inferos, sicut & frater eius Rhadamantus.

Minois Minoidis, id est filia Minois, scilicet Ariadne, de qua antè.

Minotaurus ut poëta uolunt, erat monstrum natum ex Pasiphaë uxore Minois, habens formam partim hominis, & partim tauri, quod Pasiphaë concepit ex tauro, unde uocatum est Minotaurus, quod inclusum Labyrintho, carnibus humanis uescabatur. Coëgit etiam Minos Athenienses qui Androgeum filium suum occiderat, ut quotannis in Cretam mitterent septem filias, & septem filios, Minotauro comedendos. Tertio autem anno Theus forte missus, Minotaurum occidit, & auxilio Ariadne filie Minois, Labyrintho egressus euasit.

Minturnæ oppidum Campaniæ.

Myrmidones populus Aegynæ insulæ, quos fabulantur ex formicis ortos. Nam uisuntur Græcè formica dicitur. Reuera tamen ita uocatur, quia sunt laboriosi ut formicæ. Vergilius, Myrmidonum Dolopum ue.

Myron statuarius insignis.

Myrrha filia Cynaræ regis que nefando sui patris amore capta, nutricis auxilio cum illo ignorante quod filia sua esset concubuit. Postquam uerò pater filiam suam esse rescituit, eam gladio uoluit occidere. Sed Myrrha fugiens per Arabiam, mutata fertur in arborè sui nominis.

Genuit

Genuit quoque filium nomine Adonidem, de quo superius.

Myrtilus auriga Oenomai regis: de quo supra Hippodamia.

Myrtoum mare, est pars maris Aegei à Myrtilo denominatum.

Mysia prouincia Hellepontis, uel pars Thraciæ uersus Orientem, scilicet à Triballis usque ad Euxinum, quæ hodie uocatur Bulgaria. Quidam scribunt Moesia. sed melius putatur Mysia.

Misenus, e longa, promontorium Italiæ in Campania, dictum à Miseno Troiano tibicine, qui primum Hectoris, deinde Aeneæ comes fuit. Sed cum in Italiam uenisset Aeneas, Misenus Tritonem marinum deum & tibicinem prouocauit ad certamen. Triton autem indignatus illum submersit, ut Vergilius ait in sexto. Et sepultus est in monte qui ab eo Misenus appellatur.

Mithridates, a longa, maximus rex Ponti, qui sexaginta sex annis bellauit cum Romanis. Nam sepe uictus semper rebellauit. Tandem cum à filio quoque persequeretur, seipsum occidit, duas & uiginti linguas calauit. Alius rex Parthorum. *va. f. m. alius m. i. de hoc cap. b.*

Mitylène, penultima producta, oppidum in insula Lesbo.

Mnemosyne mater nouem musarum, interpretatur memoria.

Moabitæ sunt quidam Arabes, appellati sic à Moab filio Lot.

Molorchus fuit pastor in Nemea sylua, qui roga

Moloch. va. f. m.

i 2 uit



suit Herculem ut occideret ibi leonem.

Momemphis urbs in Aegypto.

Monacris mons Arcadiae.

Monychus proprium nomē Centauri, qui in bello contra Lapithas arboribus utebatur pro telis. Iuuenalis, Quantas iaculetur Monychus ornos. Et interpretatur solus unguis, uel solidas unguulas habens.

Monæcus arx & portus Liguria, ubi templum Herculis fuit.

Molossia pars Epiri, & pro tota Epiro ponitur. Inde Molossus, id est, Epiroticus: & Molossi magni canes, & pes uersificandi trium longarum.

Mœsia ciuitas Helleponti, & regio circa Pannoniam, & Macedoniam, quæ Ermisia. Vide superius.

Morini, i curta, populus Galliae Belgicae, ad Oceanum contra Angliam. Vergilius, Extremiq; hominum Morini. Horum urbs Hallicæ Terrauana dicitur.

Morpheus filius aut minister Somni dei: qui Morpheus inducit dormientibus uarias formas, & apparitiones. Ouidius x. 1. Excitat artificem simulatoremq; figuræ Morphea &c.

Mulciber Vulcanus deus ignis, sic dictus, quod molit ferrum.

Munda urbs Hispaniae Bethyca, ubi Caesar pugnavit contra filios Pompeij.

Murrhanus fuit priscus Latinorum rex, à quo deinde alij reges Latini omnes dicti sunt Murrhani, sicut Albani reges dicti sunt Siluij. Aegyptij, Ptolomei.

Musæ sunt nouem filiae Iouis & Mnemosynæ, id est,

est, memoriae, quæ poëtis & Musicæ præsent, & cunctis bonis artibus. Nam uis, Græcè cantum significat. Musarum nomina sunt, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Calliope, Urania. De his singulatim, uide suis locis. Dicuntur autem habitare in Helicone monte Bœotiae: unde uocantur Heliconides. Habent & alia multa nomina quæ suis locis inuenies.

Musæus uetustissimus poëta Græcus temporibus Orphei, filius Apollinis, uel ut alij dicunt, Eumolphi.

Mutina, i curta, urbs Italiae, in Flaminia.

Mutius nobilis Romanus priscis temporibus, qui Porfenna rege Romanam obsidete, solus inuit in castra regis, ut illum occideret. Sed cum regem non cognosceret, & alium pro rege necasset, comprehensus, & coniuertatos prodere iussus, manum suam diu in igne tenuit, ut ostenderet nulla poena se uinci posse. Rex autem admiratus eius fortitudinem, eum liberum dimisit. Tunc Mutius pro gratia, regi dixit ut sibi caueret, quia trecenti Romani coniuerassent ita facere sicut ipse fecerat. Quapropter rex pacificatus est cum Romanis. Fuit alius Mutius postea clarus iureconsultus. *lav. 7. M.*

N

NAbathæa regio orientalis inter Arabiam & Indiam sita, dicta à Nabat filio Ismahel. Ponitur etiam adiectiue. Ouidius, Euris ad Auroram, Nabathæaq; regna recessit.

Naiades, a curta, dicuntur Nymphae fontium uel fluminum. In singulari dicitur Naias p duas uel tres syllabas.

Nais nomē Nymphae aquaticæ, à uis, quod est fluo.

i 3 Napeæ

Napææ sunt *Nympha sylvarum*. Nam *veena*, *sylua* dicitur. *Vergilius*, *Faciles uenerare Napæas*.

Narbo clara ciuitas Gallie ad osium *Rhodani*, à qua denominata est Gallia *Narbonensis*, quæ & *Bracata* dicitur, & uulgo *Gothia* dicitur, uel ut alij putant *Delphinatus*.

Naritia urbs *Locridis* in *Græcia*: etiam urbs *Calabriæ*, quæ & *Locri* dicitur, scilicet à *Locrensibus* illic condita. *Verg.* *Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri*. Quidam etiam scribunt *Naritiam* esse insulam in *Ionio*: sed uerius illa dicitur *Neritos*, unde *Vlysses Neritius*, nō *Naritius* appellatur. *Boëtius*, *Vela Neritij ducis*.

Nar fluuius *Vmbriæ*, qui *Narniam* urbem perfluit.

Narcissus filius *Cephisi fluminis*, et *Lyriopes nympha*: qui iuuenis pulcherrimus & uenator, cum à multis *Nymphis*, et præcipue ab *Echo Nympha* amaretur, oēs tamē superbe cōtemneret, tandē sua ipsius forma captus est. Nā cū formam suā in fonte uidisset, ac *Nymphā* esse putasset, qua cū potiri non posset, nimio desiderio conturbuit mutatus in florē *purpureū*. *Ouid.* *111. Metamorph.*

Nasamones, *populus ferus & crudelis* in *Aphrica* prope *Syrtes*, de spolijs naufragorū uiuēs. In singula ri dicitur *Nasamō*, media curta, & in obliq. o. pducitur.

Nasica, i longa, fuit agnomen cuiusdam *Scipionis nobilis Romani*, qui *Gracchum seditiosum uirū* occidit.

Nausica, i longa, filia *Alcinoi regis Phæacum*.

Naucratīs oppidum *Aegypti*.

Nauplus pater *Palamedis*. Vide *Caphareus*.

Naxos insula in *Argeo*, una *Cycladum*, uini ferax, quæ &

quæ & *Dia* dicitur & *Strongile*.

Neapolis insignis urbs *Campaniæ*, ad mare sita, quæ & *Parthenope* dicitur, quam rex *Francorum Carolus octauus* uiriliter expugnauit.

Necropolis oppidum *Aegypti*, distans ab *Alexā dria* xxx. *stadijs*, ubi *Cleopatra* anguibus admotis ueribus se extinxit, ne in triumphū duceretur ab *Augusto*.

Neleus filius *Neptuni*, et pater *Nestoris*. Qui *Neleus* urbē *Pylon* condidit in *Laconia*, & xii. filios genuit, quos omnes præter *Nestorem*, *Hercules* occidit, et urbem euertit.

Nemæa, e curta, regio *Arcadiæ* inter *Clenē* & *Clytorium* urbes. In cuius regionis *sylua* *Hercules* leonem occidit, & illius pelle induebatur. Hinc adiectiuum *Nemæus*, quod e producit: nam diphthongus est.

Nemēsis, e curta, dea indignationis: quæ de felicitate superbientes ulciscitur. Interpretatur enim indignatio. Eadem *Rhānusia* uocatur. *Fausus*, Puniet ipsa tuos ultrix *Rhamnusia* *fastus*.

Neoptolemus filius *Achillis* ex *Deidamia*, alio nomine *Pyrhus*.

Neoptolemus interpretatur nouus miles.

Nephele mater *Phryxi* & *Helles*, & quæ ob id *Nepheleas* dicitur.

Neptunus filius *Saturni* ex *Ope*, habitus deus maris. Nam *Saturnus* treis filios habuit, *Iouem*, *Neptunum*, *Plutonem*: qui regiones ita diuiserunt, ut *Iupiter* haberet loca superiora, *Pluto* inferiora. *Neptunus* marina uel insulas. Vnde finxerūt poetæ *Iouē* esse deū supero



rum, Neptunum aquarum, Plutonem uero inferorum.

Neritos mons in insula Ithaca, & pro ipsa insula sepe ponitur. Verg. Et Neritos ardua saxa. Hinc Vlyses huius insula rex uocatur Neritius.

Nessus fuit Cætaurus, quæ Hercules occidit. De hoc uide superius Deianira. Inde Nessæus Nessæa Nessæi.

Nereus Oceani & Tethyos filius, marinus deus. & ponitur pro mari.

Nereides filie Nerei, scilicet Nymphae marinae.

Nestor filius Nelei, rex Pyli, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam uenit cum Græcis, cum esset natus annos amplius ducentos. Nam tertiam ætatem hominū uiuebat, eratq; sacundus, & dulci loquela. Inde Nestoreus, longæuus.

Neuius antiquus poëta comicus Romæ.

Nicea urbs Bithyniæ metropolis, secundum Strabonem.

Nicomachus nobilis medicus, pater Aristotelis. Item alius filius Aristotelis.

Nicostrata regina Arcadiæ, mater Euandri, alio nomine Carmenta.

Nicomedia urbs Bithyniæ.

Nicopolis urbs in Epiro, quam ita uocauit Augustus à uictoria, quam habuit ibi de Antonio. Itē alia urbs in Aegypto.

Nycteis, id est, Antiopa filia Nyctei, uide Antiopa.

Nyctileus, id est Bacchus, quod interpretatur nocturnus, quia noctibus siebant eius sacra.

Nyctimene puella, quæ cum patre cōcubuit, mutata ob

Diocletianus p. 1. n. 2. n. 9. X.

tata ob id in noctuam. Ouidius 1. metamorph.

Ninus filius Beli secundus, aut potius primus rex Assyriorum, nam Belus solam habuit Babylonē: Ninus uero totam Assyriam.

Ninos uel Niniue urbs magna quā Ninus rex condidit.

Niobe, o curta, filia Tantali, & uxor Amphyonis regis Thebarum, quæ septē filios & totidem filias præstantibus formis habēs, superbiuit, et Latona matri Apollinis & Dianæ se prætulit. Quapropter Apollo omnes eius filios & filias sagittis occidit, & Niobe præ nimio dolore facta immobilis, mutata dicitur in lapidē. Ouidius sexto metamorph.

Niphates, a longa, fluiuius in Armenia, & mons.

Nireus rex Naxi formosissimus post Achillem in exercitu Græcorum ad Troiam.

Nysa ciuitas Aegypti, propinqua Arabia, in qua Bacchus nutritus fuit. Alia ciuitas India à Baccho condita. Item pagus in Helicone monte. Hinc Bacchus uocatur Nysæus.

Nisirus parua insula, non longe ab Io, ubi nascuntur optima uina.

Nisus, rex Megarēsis, habens capillū purpureū, de quo fatū erat, quod cū priuaretur capillo, amitteret regnū. Cū ergo Minos rex Nysum obsidens amaretur à Scylla filia Nisi: ipsa ut Minoem sibi cōciliaret, capillū patris absedit. Deinde Nisus dicitur mutatus in auē Halietū, quæ est species Aquila, & ualde persequitur Cyrim auem, in quam Scylla fuit mutata. Virgilius georg. Ouid.

*vide 4. anni ad finem. Nondum illa flauum Prolesq; uoluit
exire &c. & Macrob. Sat. 6. u. c. 19*





Noe pater v. 2. X.
Ouidius. v. 111. metamorph.

Nysus etiam Troianus Hirtaci filius, & summus amicus Euryali: qui cū Aenea uenerūt in Italia, & cum hi duo noctu transirēt per hostes dormientes, & illorū multos occidissent: tandē ab equitibus Euryalo cōprehēso et occiso, Nysus cū effugere potuisset, maluit cū amico mori, necato tamē prius illius occisore. Virg. in 1 x.

Noes fluius Thacia descendens in Istrum, etiam genitiuus huius nominis Noe.

Nola urbs Cāpania, quae prius Sidicinū dicebatur.

Nomades gens Scythica, ultra Rascianos, nunc Tartari dicuntur.

Nomentum oppidum Sabinorum, ubi bonum uinum nascebatur, ubi erat uilla Martialis.

Nonacris mons Arcadiae, à quo Atalanta dicitur Nonacrine, quasi filia Nonacris uel Arcas.

Noricum est regio Germaniae, quae nunc Bauaria dicitur.

Nuceria ciuitas Campania, 1 x. milibus passuum à mari.

Numa Pompilius, secundus rex Romanorum, ex Curibus oppido Sabinorum electus in regē. Qui populū Romanum à feroacia bellorū, conuertit ad cultū deorum, nam multas superstitiones induxit. *v. 2. X.*

Numantia urbs Hispaniae in Celtiberia: quae à Romanis obsessa per annos xiiii. cū haberet tantū quatuor hominū millia, nō solū sustinuit, sed etiā uicit quadraginta millia Romanorū. Tandē tamē à Scipione posteriore post longā, & arctissimam obsidionem deleta. Cū enim

Nummius alata. v. 2. X.
Nummius la. inel. v. 2. X.

enim fame laboraret, nec eis daretur iusti certaminis copia: omnia sua & seipsos igni immiserunt.

Numicus, i longa, fluius in Latio prope Lauiniū in quo submersus fuit Aeneas.

Numidae populus ferus in Aphrica, inter Carthaginem & Mauritaniam, quorū regio dicitur Numidia, uulgo autem Barbaria nunc uocatur.

Nursina Sabinorum oppidum, nō ignobile, in altis Umbriae montibus, cuius ciues Nursini uocantur.

O

Oaxis fluius Cretae insulae, dictus ab Oaxe filio Apollinis, unde & Oaxia urbs ibidē. Autores sunt Vibius & Plistenes, at Seruius putat fluium esse Mesopotamia, quem non sequuntur in hoc alij commentatores Vergilij.

Oaxe
Oaxia

Oceanus est mare quod uniuersam terram circuit, & à terris propinquis denominatur, ut apud Britannia dicitur oceanus Britanicus: apud Gades, Gaditanus, apud Indiam, Indicus. Intrat uerò terram inter Hispaniam et Aphricam: item inter Asiam & Europam per Bosphorum & Hellespontum.

Octauia soror Augusti quam M. Antonius uxorem habuit, & postrepudiauit. Alia filia Claudij imperatoris, quam Nero habuit uxore, & eam occidit, unde est Tragedia Senecae.

Octauius pater Augusti, qui ex hoc dicitur Octavianus, & quandoq; etiā Octavius, ut apud Iuuenem. *in 3. O.*

Ocnus filius Tiberini regis Tuscorum, & Matuae filiae Tiresiae, qui Ocnus Mantuam condidit, & alio nomine



nomine Bianor dicitur. Inde Oceneus adiectiuum.
Odrisæ uel Odrisij populus Thraciæ.

Sequentia nomina habent initio æ
diphthongum, quæ sonat e.

Oebalia est Laconia, ab Oebalo rege sic dicta. In
de adiectiuum Oebalius, id est, Laconicus. Statius, Solue
rat Oebalio classem de littore pastor. Item Tarentum
urbs Calabria dicitur Oebalia, quoniam fuit à Laconi-
bus condita.

Oeagrus fluuius Thraciæ pater Orphei.

Oechalia urbs Laconie quâ Hercules euertit pro-
pter Iolen filiam Euryti regis, qui eam sibi desponsatam
postea negarat.

Oedipus filius Laij, regis Thebani, & Iocastæ.

Quo nondum nato pater Apollinē cōsultuit, qui respōdit
eū à filio nascituro necandum. Quare Laius infāntē mox
ut natus fuit, pastorī necādum dedit. Pastor aut puerum
perforatis illius pedibus, & transmissio uimine, suspendit
ad arborē. Sed Phorbas pastor Polybij regis Corinthio-
rum, inuentum puerum ad reginam suam portauit, quæ
liberos non habens cum pro filio educauit, & à pædum
tumore nominauit Oedipodem. Qui cū adoleuisset, orta
inter Phocenses seditione, patrem nescius occidit. Deinde
cum Sphinx mōstrū stans in colle apud Thebas enigma
trāseuntibus proponeret, ac soluere nesciētes occideret,
statutū fuit ut quisquis Spingos enigma solueret. Iocas-
tæ nuptijs & regno Thebano potiretur. Tūc Oedipus
Sphinga deuicit, & regnum Thebanum accipiēs, etiam
matrem

matrem nescius duxit uxorē, & ex ea genuit Polynicem
& Ethoclem filios, qui postea de regno certantes mu-
tuis perierūt uulneribus. Tandē Oedipus cum cognouisset
quod occidisset patrē, & matrem duxisset, oculos sibi
eruit. Quem Antigone filia ducebat, & se occidere uo-
lentem custodiebat. Declinatur autē Oedipus Oedipodis
uel Oedipi. Legitur etiam Oedipodes in nominatiuo.

Oenōne, o longa, Nympha Phrygia, amica Pari-
dis antequam raperet Helenam. Vide Ouidium.

Oeneus rex Aetoliæ pater Meleagri, qui inde dici-
tur Oenides. Ouidius, Coniugis Oenides uersus in arma
prece est.

Oenomaus filius Martis, rex Arcadiæ. Vide sue-
pra Hippodamia.

Oenotrij dicitur Itali ab Oenotro rege Sabinorū.

Oenotria dicitur Italia, uel à copia & bonitate ui-
ni, uel ab Oenotro filio Lycaonis, qui ex Arcadia in Ita-
liam uenit.

Oeta mons inter Macedoniam, & Thessaliam, un-
de Hercules Oetaeus dicitur, quoniā in Oeta fuit exustus
& sepultus.

Oëta uerò sine diphthongo, per treis syllabas fuit
rex Colchorum, pater Medæ. Ouidius, Excipit hospitio
iuuenes Oëta pelagos. Sed melius scribitur per æ diph-
thongum Aeta.

Oetus gygas filius Aloei, & frater Ephialtis. Vi-
de Aloeus.

Ogyges rex antiquissimus Bæotiæ qui Thebas adi-
ficauit. Inde Ogygius, id est, Thebanus: et Ogygida ipsi
Thebani

Thebani.

Ogigya in insula Phoenicij maris, ubi Calypso regnabat.

Oiclus Argiuius Amphiarai pater, unde Amphiraus Oiclides dicitur.

Oileus, i longa, rex Locrorum, pater Aiakis unius.

Olenus, e curta, urbs Arcadiae uel Achaiae ubi nutrita fuit capra Amalthea quae Iouem infantem aluit. Hinc ipsa capra in caeleste signum relata, dicitur Olenia. Ouidius nascitur Olenia signum pluuiiale capellae.

Olympia locus in Achaia, inter Elidem & Pisam urbes, ubi erat templum Iouis Olympij, ubi etiam Hercules instituit ludos Curules & Gymnicos, qui celebrantur quinto quoque anno: & illi ludi uocantur Olympia pluraliter. Olympias uero est tempus quinque annorum, scilicet spatium de unis Olympijs ad alteras.

Olympus mons altissimus in Graecia, inter Thessaliam et Macedoniam, qui nubes transcendit. Et dicitur ab ὄλος, quod est totus & λαμπρος quod est splendo, unde pro caelo capitur. Est et alius Olympus in Gallograecia, alius in Mysia, alius in Aethiopia ad mare rubrum.

Olynthus urbs Thraciae iuxta Atticam, ab Atheniensibus tandem euersa,

Omphale, a curta, puella & regina Lydiae, cui Hercules propter amorem seruiuit, ut ancilla dominae: de qua Terentius.

Ophiuchus est signum caeleste, quod alij putant Hercule esse, alij Aesculapium. Et interpretatur anguineus uel serpente tenes. Male scribunt aliqui Ophiulchus.

Opheltes

Opheltes filius Lycurgi a serpente necatus. Vide supra Archemorus.

Ops filia Caeli et Vestae, soror et uxor Saturni, quae etiam Rhea dicitur, hinc Opalia festa Opis, & opigena Iuno filia Opis.

Opis nympa comes Dianae, Virg. Opis ad aethereum pennis auferitur Olympum.

Opus huius Opuntis, urbs Locridis, a qua Locrenses uocantur Opuntij.

Orcamus rex Assyriorum. Vide Leucothea.

Orcades in insula multa in Oceano Boreali, ultra Britanniam, syluosa, inculta.

Ordessus fluiuius Scythiae in Istru flues, ex oriente

Oreades, a curta, Nympha montanae. Nam ὄρος Graece dicitur mons.

Orestes filius Agamemnonis regis & Clytemnestrae, qui matrem occidit, eo quod illa patrem suum occiderat. Deinde Pyrrhum Achilles filium, qui Hermionem sibi prius desponsatam uxorem duxerat, occidit clam in templo, et Hermionem recepit. Postea furiosus ob haec scelera factus uagabatur, & custodiente eum Pilade amico fidiissimo, peruenit in regionem Tauricam, ubi sororem suam inuenit, cum qua profectus est in Italiam. Vide Iphigenia & Pilades.

Orcomenus, e curta, urbs Boeotiae, ubi templum fuit tribus Gratij dicatum. Plinius tamen Orchomenum ponit in Arcadia. De Gratij uide superius Charites.

Orcus Pluto dicitur, & pro inferno ponitur. Est etiam fluiuius Thessaliae quem Homerus scripsit, ex inferis ortum in Peneum labi. Vide Peneus.

Orion





Orion, i producta, filius Neptuni, ex Euryale filia Minois secundum Hesiodum alij fabulantur eū ex urina Iouis, Neptuni, & Mercurij genitū, quos deos cū Enopius quidam hospitio exceperet, eisq; bouem mactasset, petiuit ut sibi filium cōcederent. Illi ergo in corio bouis urinam fecerunt, ex qua humo obruta natus est Orion, quasi urion. Nam ^{ὀρίων} Græce urina dicitur. Orion igitur uenator factus cū Dianam uellet uiolare, à Scorpinæ occisus est, & inter sydera positus. Est enim sydus quod à latinis Iugula uocatur.

Oricū urbs i Epiro, ubi Terebīthus arbor nascitur.

Orithya filia Erichtei regis Atheniēsis, quam Boreas raptam tulit in Thraciam, & ex ea genuit Zethum & Calaim. Alia fuit Amazonū regina. De quo Iustinus libro secundo.

Oropus oppidum in Attica, in confinio Bæotia.

Orodes rex Parthorum, qui Crassum Romanum cepit & occidit.

Orpheus Thrax filius Oeagri, uel Apollinis, & Calliope musæ, poëta uetustus, & cytharædus optimus, atque theologus, qui dulcedine cantus dicitur feras, & saxa, & inferos mouisse. Nā Eurydicem uxorem cantu recepit ab inferis, ut superius habes in Eurydice. Instituit autem Orpheus sacra Bacchi, & tandem à mulieribus Bacchantibus disceptus fuit: licet alij putent ipsum fulmine perisse.

Ortygia insula in Aegeo, alio nomine Delos, à qua Apollo Ortygius & Delius.

Ortona urbs in Pelignis ad mare Adriaticum.

Osci

Osci populus antiquus in Campania. Vergilius. Oscorumq; manus.

Osiris, i longa, Iouis & Niobe filius, rex Argiuorum primus. Deinde relicto fratri eo regno, profectus in Aegyptum, ibi regnauit, & Isis duxit uxore. Tandem à Typhone fratre suo clam occisus fuit, & ab Iside diu quaesitus, que inuentum tandem corpus sepeliuit in insula que dicitur Abatos. Vbi cū postea bouem inuenissent Aegyptij, putauerunt Osirim esse deificatum, & bouem illum Memphim ducentes, pro deo coluerunt: & Apim uocantes sacra illi instituerunt: & certo spatio peracto, illum in flumine mergentes, alium bouem similis formæ cum luctu quærebant. Quo inuento cum magna letitia uociferabantur. Tibullus, Te canit, atque suum pubes miratur Osirim, Barbara Memphitim plangere docta bouem.

Ossa mons Thessalia, pinis plenus, ubi Centauri morabantur. Inde Ossaëus, ossæa, ossæum,

Ostia oppidū olim Latij, in ostijs Tiberis ad mare.

Othrys mons Thessalia, sedes olim Lapitharū. Lucanus, Solstitiale caput nemorosus summouet Othrys.

Oxyrynchus ciuitas Aegypti, dicta ab Oxyryncho pisce, qui ibi templum habuit. Nam Aegyptij uniuersi colebant duos pisces pro dijs, scilicet Lepidorū & Oxyrynchum. Item duas aues, scilicet Accipitrem & Ibym. Item tria terrestria, scilicet bouem, canem, & fellem. Quidem etiam colebant Crocodilum, et alij Ichneumonem paruum animal quod occidit Crocodilum. Hæc Strabo.

k Pacorus

PAcōrus, o curta, rex Parthorum occisus in Syria per Ventidium Romanum.

Pachinus, i longa, promontorium Siciliae prope Syracusas, Austrum uersus.

Pactolus, o longa, fluuius Lydiae qui olim deferebat auri ramenta: unde & Chrysotho dicitur, & labitur in Hermum fluuium.

Pacuius Brundisius nobilis tragœdiarum scriptor, & nepos Ennij poëta, claruit Rome temporibus Scipionis & Lelij.

Padus maximus Italiae fluuius, ortum habes ad radices Vesuli montis. Et est primo paruus: sed deinde x x x. fluminibus auctus, per septem ostia ruit in Adriaticum mare. Vocatur etiam Eridanus.

Padusa fluuius in Padum fluens.

Padua urbs Venetiae circa Padum, alio nomine Patium.

Pæan pæantis, pater Philoctetae, qui Pæantias dicitur à patre.

Pæan pæanos, Apollo, & laus Apollinis, & quæcunq; laus. Item pes quidam.

Pæon quidam medicus præstantissimus, unde Pæonius pro medicinalis accipitur.

Pæones populus in Thessalia, uel Macedonia.

Pestum oppidum Lucaniae, ubi mollissimus aer, unde & rosaria ibi bis florent. Inde pestanus.

Pagasa urbs Thessaliae alio nomine Demetrias. In de Pagaseus. Lucanus, Vt Pagasea ratis peteret cū Phæ-

sidus

sidus undas.

Palæstina regio Syriae, coniuncta Arabia. Badens Iudæa dicitur.

Palamedes, e lōga, filius Naupli, rex Euboeae insulae, occisus ab ipsis Graecis ad Troiā fraude Vlyssis. Nam cū Graeci conuocaretur ad bellū Troianū, Vlysses ut domi maneret furere se finxit, & diuersis animalibus littus arabat. Palamedes aut ut simulationē Vlyssis detegeret, filiū eius aratro opposuit & c. Deinde cū apud Troiam essent, et Vlysses frumētātū missus in Thraciā, nihil attulisset, Palamedes eodē profectus, multū frumēti attulit. Igitur Vlysses uidēs Palamedē sibi esse contrariū, curauit in tētorio Palamedis aurū occultari. Deinde ipsum corā principibus accusauit, dicēs quōd à Troianis aurū accepisset, ut Graecos traderet. Palamede negāte, quæsitum, & inuentū est aurū, et ipse innocens lapidatus est. Hic à gruibus, quæ uolando miro ordine seruant, ordinem aciei, et quasdam literas didicit: unde grues dicuntur aues Palamedis. Deinde Nauplius pater se uindicauit.

Palæmon deus marinus, qui & Melicerta. Vide Ino. Etiam pastor. Alius fuit grammaticus Romæ, temporibus Quintiliani.

Palatinus mons in urbe Roma dictus à Palanteo oppido, quod ante Romam ibi fecerat Euāder rex.

Pales dea pastorum, cuius festa primo Palilia, deinde Parilia dicebantur.

Palisci duo filij Iouis & Thaliae, uel Aetnae nymphæ: quæ cum à Ioue grauida facta esset, timore Iouis orauit, ut sibi terra dehisceret, quod & factum est.

k 2

Sed





Sed postea tempore partus instante, rursus aperta tellus gemellos peperit, qui Palisci dicti sunt, et in Sicilia prodis colebantur.

Pallas filia Iouis, sine matre, quia ex cerebro Iouis dicitur nata. Et dicitur esse uirgo, & artium ac armorum dea. Inuentrix Olei, & Lanificij: unde Olea dicitur Paladis arbor. Vocatur etiam Minerua & Tritonia.

Palinurus promontorium, & portus in Lucania, prope oppidum Veliam, dictus a Palinuro gubernatore classis Aeneae ibi sepulto. Qui per somnum in mare de nave ceciderat. Vergilius, Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Pallene regio Macedonia, & urbs Arcadia.

Palmyra magna urbs Assyriorum, inter imperia Romanorum & Parthorum sita, & a Salomone condita.

Pamphylia regio minoris Asiae, prope Lyconiam & Lyciam.

Pamphylus fluvius Thessaliae, unus de quinque principalibus.

Pan rusticus deus pastorum, cornutus, & caprinis pedibus.

Panætolium mons maximus in Aetolia, uel conuentus Aetolorum.

Panchaia regio Arabiae, scilicet Sabaea, ubi thus nascitur: unde fit Panchaeus, panchaea, panchaeum, id est Sabaeus.

Pandion, i longa, rex Athenarum, pater Progenes, & Philomela.

Pandora, o longa, mulier fortissima, & gratiosissima, cui singuli dii sua dona dederunt, scilicet Pallas sapientiam,

pietiam, Venus decorem, Apollo Musicam, Mercurius eloquentiam. Vnde dicitur Pandora, quasi omnium donum, uel ab omnibus donata. Hanc ut ait Hesiodus. Iupiter in terram misit, ut homines deciperet.

Pannonia regio duplex. Superior Pannonia est, quae nunc Austria dicitur: inferior autem dicitur Hungaria, ex qua fuit diuus Martinus archiepiscopus Turonensis.

Panopheus est epitheton dei, a παν, id est, omnis, & οφειν, id est uox, quia deus omnium uoce colendus est, uel quia omnes uoces audit. Ouidius, Ara Panopheo uetus est sacrata tonanti.

Panormum oppidum Siciliae. Inde Panormitanus.

Pantheon templum Romae a M. Agrippa conditum Ioui ultori, Et interpretatur omnium deorum.

Panthoides dicitur Pythagoras philosophus, qui dicebat se fuisse Euphorbum Troianum Panthoi filium.

Pantagta fluvius Siciliae.

Panticapes fluvius Scytharum, quintus ab Istro.

Paphlagonia, regio Asiae minoris.

Paphus urbs in insula Cypro Veneri sacrata. Vnde de Venus dicitur Paphia.

Parcae tres deae fatales, scilicet Clotho, Lachesis, Atropos, quae quicquid homini addixerint, id fieri necesse est, ut fabulantur poetae.

Paretonium urbs, & grandis portus in Aegypto. Paretonius adiectiuum. Lucanus, Inde Paretoniam fertur securus in urbem.

Paris filius Priami regis Troiae, ex Hecuba uxore: quae cum esset grauida, somniauit quod pareret faciem quae

Troiam combureret. Quare territus rex, insit ut puer
 mox, ut natus esset, occideretur. Hecuba uero materna
 pietate mota, curauit illū clam educari apud pastorē. Et
 cū adoleuisset, Iuno, Pallas, & Venus, de pulchritudine
 contententes, propter aureum pomum in quo scriptum
 erat, Detur Pulchriori, à Ioue ad Paridem arbitriū misse
 sunt. Cui cum Iuno regnum, Pallas sapiētiam, Venus uo
 luptatem, & pulcherrimam mulierem promississet, ipse
 pro Venere sententiam tulit. Postea à patre agnitus, &
 in gratiam susceptus Spartam nauigas, Helenā uxorem
 Menelai regis rapuit, ob quod ortum est bellum Troia
 num. Tandem Achillem dolose occidit: occisus tandē ab
 Aiace Oilei, uel à Pyrrho.

Parnasus mōs in Phocide habēs duos colles, quos
 aliqui falso nomināt Cytheronem & Heliconē. Nam il
 li sunt montes per se. Item Parnasus fuit dicatus Apollini,
 & Baccho: unde poētæ dicuntur eum frequentare, &
 Parnasides musæ dicuntur.

Paros, insula in Aegeo, ubi candidissimum habetur
 marmor, quod Parium dicitur.

Parma ciuitas Gallie in Italia à fluuio Parma dicta.

Parrhasia ciuitas Arcadie. Inde Parrhasius, id est
 Arcadicus: & Parrhasis parrhasidis dicitur mulier Ar
 cas, ut Calisto.

Parrhasius pictor eximius. Vide infra Zeufis.

Parthenius mōs Arcadie sic à uirginibus dictus.
 Nam παρθενική uirgo Græce. Item Parthenium est oppi
 dum Arcadie.

Parthenope urbs Campanie, alio nomine Neapo
 lis.

Parti. va. cap. 22.

lis, à Parthenope una Sirenum ibi sepulta.

Parthenopeus penul. producta, Meleagri & At
 lantæ filius, rex Arcadium, qui penè puer profectus est ad
 bellum Thebanum, & occisus.

Parthi populus ferus in Asia maiori, circa Persas.
 Eorum regio Parthia dicitur, quæ ab occasu terminatur
 Media, ab Aquilone Hircania, ab Oriente Aria, à Meri
 die, deserto Carmania.

Pasiphæ per quatuor syllabas, fuit filia Solis, uxor
 Minois regis Cretensis. Quæ turpi amore tauri dicitur
 arsisse, & inclusa lignæ uaccæ cum tauro coisse, & ex
 illo concepisse monstrum taurino capite, quod Minotau
 rus dicebatur. Seruius ait ipsam coisse cum scriba regio,
 qui Taurus nominabatur.

Pasithea una gratiarum, alio nomine Euprosine.
 Staius, Non hoc Pasithea blandarum prima sororum.

Patara urbs Lycie, ubi colebatur Apollo, qui ob id
 Patareus dicitur. Eadem fuit patria diui Nicolai, episco
 pi Myra, studentium patroni.

Patrae Patrarum, urbs Achaie, in longissimo pro
 mōtorio posita ex aduerso Aetolie. In ea diuus Andreas
 aposto'us passus fuit.

Pathmos insula parua in Aegeo mari, una Spora
 dum, in qua diuus Ioannes euangelista exulans Apoca
 lypsim scripsit.

Patauium urbs Venetie, alio nomine Padua. Inde
 Patauinus.

Patroclus Locrensis Menetij filius, cum in patria
 eadem fecisset, fugit in Thessaliam ad Peleum regem,

k 4 cuius



Alaxmex

Mulier
 amans

+
 gratia

cuius filio Achilli fuit charissimus: & cum illo profectus est ad bellum Troianum. Cum autem Achilles iratus ob raptam sibi ab Agamemnone amicā pugnare nollet, Patroclus eius arma induit, & sic territorus Troianos in pugna uenit. Sed ab Hectore occisus, causa fuit ut Achilles ad praelia rediret, & Hectorem necaret, eumq; circa Troie moenia seuisime traheret. Vide Homerum.

Pausanias dux Lacedaemonius, in bello contra Xerem, prodicionis damnatus. Alius nobilis adolescens in Macedonia, qui Philippum regē, patrem Alexandri occidit, eo quod iustitia sibi saepe rogatus exercere noluisse.

Pegasus equus alatus, Neptuni & Medusae filius, uel ut alij dicūt, ex cruore occisae Medusae natus. Qui in Heliconem uolans, & pede terrā feriens, fontē fecit Musis sacrum, nomine Hippocrenē. Deinde cū in Pyrenem fontē dulcem caput inclinaret, Bellorophon ipsum ascendit, & in cœlum uolare uolens tandem decidit, Pegasus autem in cœlum perueniens, inter sidera positus est.

Pegasides Musae dicuntur à fonte Heliconis, illis dicato, quem Pegasus pede suo fecisse fertur.

Pelasgi sunt Thessali à Pelasgo Iouis filio denomi nati. Pelasgia ipsa Thessalia.

Pella urbs litoralis Macedoniae, in qua nati fuerunt Philippus, & Alexander filius eius, reges Macedonum, qui ob id dicuntur Pellei. Iuuenalis, Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis.

Peleus Aeaci, & Aeginae filius, qui ex Thetide genuit Achillem, qui Pelides dicitur: Ouidius, Pelides utinam uitasset Apollinis arcus.

Pelias

Pelias filius Neptuni rex Thessaliae, patruus Iasonis. Etiam Pelias est patronymicum, & quasi adiectiue ponitur. Ouidius, Transeat Hectoreū Pelias hasta latus. Sed tunc fit à Pelio monte.

Pelion mons Thessaliae syluosus. Vnde patronymicum Pelias.

Peligni populus Italiae, in Sabinis, ex quibus natus erat Ouidius.

Pelops rex Achaiae filius Tantali regis Phrygum, quem Pelopen pater coxit, et dijs apposuit carnes. Sola tamen Ceres humerum comedit, alijs abstinentibus, Dein de Pelops uita redditus humerū eburneum recepit. Deinde cum Oenomaio regi Achaiae certauit, & uicit. Vide superius Hippodamia. Habuit autem filios, Atreum & Thyestem, qui Pelopidae dicuntur.

Peloponnesus regio Graeciae, alio nomine Achaia inter duo maria sita. Vnde Peloponnesus, id est. Pelopis insula.

Pelorus, o producta, promontorium Siciliae Italiam uersus.

Pelusium, est unum de septem ostijs Nili, Arabiam separans ab Aegypto.

Penelope filia Icarij, & uxor Ulyssis, cui ad bellum Troianum profecto, & post hoc diu per orbem uaganti, fidem & pudicitiam seruauit, licet à multis procijs sollicitaretur. Vide Ouidium, Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulysses.

Peneus fluuius Thessaliae inter Ossam & Olympū mōtes, qui Orcum fluuium accipit, sed nō recipit, sed olei

k s modo,



modo, supernatantem breui spacio portatū abdicat, pœnales aquas, dirisq; genitas argenteis suis misceri recu-
sans, ut Homerus & Plinius scripserunt.

Pentheus rex Thebanus filius Echionis & Aga-
ues, qui cū sacra Bacchi contemneret à matre ac sorore
caterisq; fœminis Bacchantibus laceratus fuit.

Pentapolis regio Aphrica, quæ & Cyrenaica di-
citur, habens quinq; ciuitates, quarum principalis est Cy-
rene. Fuit etiã regio Iudæa à quinq; similiter urbibus di-
cta, quæ propter nefanda flagitia perierunt, scilicet So-
doma, Gomorrha, Eleale, Segor, & Seboim, quarum lo-
co nunc est mare mortuum.

Pergamus clarissima urbs Asia, uel Troadis, quã
Silenus fluuius intermeat. Hæc eadẽ urbs Troia uocatur
Dicitur etiã pluraliter Pergama. Virgilius, Pergama
dum peteret. &c. Hinc Pergameus & Pergamenus.

Perga Diana dicitur, à Perga oppido Pamphilia.

Perinthus clara urbs Thracia, in Propõtide, aliã
dicta Heraclea. In qua fuit amphitheatrum quod inter
septem spectacula orbis computatur, nam fuit ex uno
marmore factum.

Permessus fluuius Bœotia ex Helicone mōte fluens
& musis sacer. Dicitur etiã Permessis Permessidos.

Persephone, uel melius Phersephone dicitur Pro-
serpina filia Iouis & Cereris, quã Pluto rapuit, & uxo-
rem duxit, unde dicitur inferorum regina.

Perseus filius Iouis, et Danaës, q̄ Medusam occidit
ut superius habes. Deinde Andromedã saxo alligatã, &
cæto de uorãdã liberauit, ac uxorẽ duxit: multosq; hostes
Iulius ruzianor. da. P. ostenso

ostenso capite Medusæ cõuertit in saxa. Tandem Ar-
gos reuersus Acrisium regem auum suum (à quo cū ma-
tre infans fuerat mari expositus) occidit, & pro eo re-
gnauit. Vide Danaë & Medusa.

Persepolis urbs in Perside, à Perseo condita.

Perfes rex Macedonia, uictus à Paulo Aemilio cõ-
sule Romano, & cum filijs in triumphum ductus. Quem
tamen ut captum sibi adduci uident Paulus, fortunam eius
miseratus, fleuit.

Persia regio Orientalis quæ finitur à Septentrioni-
bus, Media: ab Occasu, Susiana: ab Ortu, Carmania: à
Meridie, Persico sinu.

Perillus quidã faber Atheniensis, qui Phalari tyrã
no dedit à se factum æreum bouem, ut in eo homines in-
clusos supposito igne torqueret. Cum autẽ Perillus grã
de præmiiũ expectaret, tyrannus eum boue illo inclusit,
ut poenam suam primus experiretur.

Pericles Atheniensis dux, eloquens & prudens.

Perusium urbs Tuscia.

Petilia oppidum Lucaniae conditum à Phylloctete.

Petra urbs Nabateorum in Arabia, montibus, &
desertis circumdata, & inaccessa.

Peuce insula Borealis i Istro. Itẽ Peuces ostiũ Isri.

Petosiris quidã Mathematicus uel astrologus.

Phaëton filius Solis et Clymenes nymphae, q̄ mul-
tis precibus à patre impetrauit, ut currũ solis, q̄ quatuor
equis trahitur uno die regeret. Sed tãto opi impar, equis
eũ nõ audiẽtibus, sed extra uia currentibus, mūdus ardore
solis incẽsus est. Quare Iupiter etiã cælo timẽs, fulmine
ipsam

ipsum deiecit in Padum, Est autem Phaëton dictio trisyllaba. Horatius in carmine Saphico, Terret ambustus Phaëton auaros. Et est Epitheton Solis, dictum à Græco uerbo φαῖν quod est illustro, unde pro sole capitur. Errant autem qui scribunt Phæton.

Phaëtoniades sunt sorores Phaëtonis, scilicet filia Solis, de quibus uide Heliades.

Phæaces per æ diphthogon, populus Corcyrae insulae, ad quos Vlysses uenit. In singulari dicitur Phæax.

Phædra per diphthongū, filia Minois regis Cretæ & Pasiphaës, & Thesei uxor, quæ Hippolytū illius filiū amauit. Quem cū ad amorem sui flectere non posset, ac cusauit eū apud patrem, quasi eam ille uiolare uoluisset. At postquam Hippolytus ob hoc falsum crimē cæcatus fuit, ipsa etiam semet occidit.

Phaëtusa filia Solis. Vide Heliades.

Phalaris, media curia, tyrannus Siciliae crudelissimus in Agrigento urbe. De quo supra Perillus.

Phalernus mons Campaniae, prope Puteolos, ubi nascitur multū & optimū uinū, quod Phalernū dicitur.

Phaneus mons in Chio à rege quodam sic dictus.

Pharao antiquissimus rex Aegypti, à cuius nomine omnes reges Aegypti usque ad tempora Salomonis dicti sunt Pharaones. Et lingua Aegyptiaca Pharao significat regem, teste Iosepho.

Pharos uel Pharos, parua insula Aegypti, cōtra ostia Nili, & prope Alexandria urbem. In Pharos fuit maxima turris, nauigantibus lumen præbens nocturno tempore, unde etiam aliae turres ad hoc factæ uocantur Phari. Phari

rius ponitur pro Aegyptius.

Pharnax uel Pharnaces, rex Ponti, filius Mithridatis, qui patrem persecutus ad mortem cōegit. Fauebat enim Pompeio, qui cum Mithridate bellabat. Tandē Cæsari rebellans: uictus: & pulsus fuit.

Pharsalos, a longa, ciuitas Thessaliae, in cuius campis C. Cæsar & Cn. Pompeius acre prælium habuerunt, in quo Pompeius uictus fuit. Vnde Lucanus id prælium scribens, librum suum appellauit Pharsaliam. Itē ipsa ciuitas Pharsalia dicitur. Lucanus, Vincendū pariter Pharsalia præstitit orbem.

Phasis grandis fluius Colchorum, & etiam urbs. Hinc Medea filia regis Colchorum dicitur Phasias, & Phasinae aues illinc allatae.

Phere ciuitas Thessaliae, alia Laconiae. Alia Bœotiae. Pherecides, i longa, poëta Tragicus pediculari morbo cōsumptus. Serenus, Sed quis non pauca Pherecidis fata Tragædi.

Phereclus faber insignis, qui naues Paridis fabricauerat.

Phidias Atheniensis statuarius optimus. Vnde fit Phidiacus.

Philace urbs Thessaliae in qua Proteus imperabat.

Philetas Græcus poëta, elegiarum scriptor.

Philoctetes Paantis filius, & comes Herculis, quem sepeliuit, & sagittas illius habuit. Cumq; iret ad bellum Troianum, una sagittarum illarum in pede uulneratus in Lemno mansit, Tandem in Calabria urbē Petiliam



mulier

substantiu

maim
uachlibu

oro

uoyf



liam condidit.

Phillyra nympha, ex qua Saturnus Chironem genuit, qui Chiron Phillyrides appellatur à noie matris.

Phileni duo fratres Carthaginenses, qui pro ampliatione suæ reipublicæ se uiuos sepeliri sustinuerunt. Nam cū Carthaginenses & Cyreneses diu certassent inter se de finibus agrorum, tandē ita cōuenerunt, ut certo tempore duo uiri ex utraq; ciuitate exirēt, & ubicunq; illi sibi obutarent, ubi utriusq; ciuitatis fines essent. Igitur ex Carthagine nisi Phileni longe processerunt in fines Cyrenensium, antequā illi redirent. Cumq; uenissent tandem Cyrenenses, & se esse præuentos uidissent: grauiter indignati proposuerunt Philenis ut nisi retrocederent, uiui illic infoderentur. Quod postquā factum esset, Carthaginenses illic Philenis aras fecerunt.

Philadelphía ciuitas Lydiæ ad radices Tmoli montis. Strabo eam ponit in Mysia proximam Lydiæ, & terræ motibus uexatam dicit.

Philadelphus Ptolemæus rex Aegypti bibliothecam fecit Alexandria, ferè quinquaginta milia librorum continentē. Idem sex libros Mosi curauit traduci de Hebræo sermone in Græcum per LXX. interpretes.

Philippí Philippiorum urbs Macedonia à Philippo rege condita, prope quam Caesar, & Pompeius, dein de Augustus & Brutus pugnauerunt. *1. Va. 7. Ps.*

Phyllis regina Thraciæ, & filia Lycurgi, Demophontem Thefei filium bello Troiano reuersum, & in Traciã tēpestate delatū adamauit, & aliquādiu pro marito habuit. Sed cū ille Athenas profectus, statuto tēpore

Phyllis. M. u. argui dicit. Milan. v. 7. non Phyllis. ob idem. dei. dicit. Zamb. u. 7. P.

non rediisset, ipsa amoris impatientia se suspēdit de amigdalo, & in amigdalum dicitur esse mutata.

Philomena uel Philomela filia Pandionis regis Atheniensis, quā Tereus rex Thraciæ uiolauit, & linguā ei abscidit, et mutata fuit i auē sui nominis. Vide Progne.

Phineus rex Arcadiæ, qui cum filios suos impulsu secunda uxoris suæ cecasset: ira diuina, ipse etiã cæcatus fuit, & Harpyiæ aues rapacissimæ cibos eius aut rapuerūt, aut fœdauerūt. Sed postea Zetus & Calois à Phineo humaniter tractati, fugauerunt illas. Vide Strophades.

Phyton magnus serpēs, quē sagittis occidit Apollo q̄ ob id dicitur Phytius: & Phytia ludi istituti in honore Apollinis. Itē Phytionicus dicitur Apolline plenus, id est q̄ instinctu demonis, futura cōiectat, qdā tñ scribūt Pythō.

Phlegeton fluuius inferorum semper ardens. Nam *phlego* Græce significat comburo. Virg. in v. 1. Aeneid. Mœnia lata uidet triplici circūdata muro, Quæ rapidus flāmis ambit torrētibus annis Tartareus Phlegetō. &c.

Phlegyas filius Martis, rex Lapytharū, pater Ixionis: unde et ipsi Lapythæ dicūtur Phlegyæ. Phlegyas autem templum Delphici Apollinis incendit, unde grauiter cruciatur apud inferos, ut ait Virgilius.

Phlegrei campi sunt in Thessalia, ubi Iupiter cum Gygantibus bellauit. Alij sunt campi Phlegrei in Campania ubi Hercules cum Gygantibus bellasse dicitur.

Phlegon unus equorum Solis ab ardore dictus.

Phocion quidā nobilis Atheniensis, & bonæ uitæ: sed per inuidiã iniuste necatus. Lege Plutarchum.

Phocis parua regio Græciæ inter Atticã & Bœotiam.

condidit

noxiarum

comparatio

inuidiam

interpret

phyllis



tiam. In Phocide est oppidū Delphi. &c. Inde Phocens et Phocæicus. Vnde Pylades ab Ouidio dicitur Phocens,

Phœbus, id est, Apollo filius Iouis, & Latonæ, & interpretatur latine purus, & splendidus, unde ponitur pro Sole. Vide superius Apollo. Item Phœbe est Diana, soror Phœbi, & pro Luna ponitur.

Phœbas est sacerdos Phœbi. f. mulier uaticinans.

Phœmone filia Phœbi, & uates, quæ prima carmen heroicum cecinit.

Phœmos, lacus Arcadiæ, cuius aqua nocturno tempore noxia est, diebus autem innoxia, ut inquit Ouidius.

Phœnicia uel Phœnice, regio maioris Asiæ, & pars Syria propinqua Iudæa, & ualde fertilis frugum.

Phœnix quidam rex Phœnicia, à quo nominata est. Alius fuit Phœnix pædagogus & magister Achillis.

Pholus, unus Centaurorum.

Pholemons Thessaliæ, in quo Centauri morabatur.

Est etiam nomen mulieris apud Virgilium.

Phorcus uel Phorcis, rex Corsicæ & Sardinia insularū, & pater Medusæ, quæ ab eo dicitur Phorcinis, Phorcinidos. Phorcis autem in mari submersus, marinus deus habitus est.

Phoroneus rex Argiuorum, filius Inachi, iuriscōsultus, à quo forum causarum.

Phrahetes rex Parthorum occisus à Scythis. Item alius etiā rex Parthorū pessimus, qui patrem & x x x fratres, & filium interfecit.

Phrygia regio minoris Asiæ, habes ab Oriente Capadociam, à Meridie Lycœoniam, ab occidente Troadæ.

à Septentrione

à Septentrione Galatiam, quæ tamē pars eius est. Et propter uicinitatem, pro Troadæ ponitur. Vnde Troes uel Troiani dicuntur Phryges.

Phryxus filius Athamantis regis Thebarum, ex Nephelē uxore priore. Qui cum Helle sorore sua infidias Inonis nouerca fugiens, super arietē aurei uelleris cū sorore discessit. Sed Helle in pōto submersa est: Phryxus uerò uenit in Colchos ad Oetē regem: & ibi arietē immolato, illius uellus aureum suspēdit in tēplo, quod uellus postea Iason abstulit. Ariēs autem inter cœlestia signa locatus, uocatur Phryxēus, e longa.

Picēnū, est regio Italia, quæ nūc appellatur Marchia Anconitana, ab Ancone ciuitate. Picentes autem dicuntur habitatores Piceni.

Picus filius Saturni, primus rex Laurentum, Circe autē amore illius capta, sed spreta, ipsum carminibus suis mutauit in auem sui nominis, ut fabulantur poëtæ.

Pierides dicuntur Musæ, uel à Pierio monte Thessaliæ in quo natae fuerūt: uel à nouem filiabus Pieri, quas canendo uicerunt. Nā ut Ouidius ait: Pierus habuit nouem filias, quæ musas ad certamen carminum pronocauerunt. Sed uictæ cum musis etiam maledicerent, ab illis in Picas mutatae sunt. Ouidius v. Metamorph.

Pylades Strophij Phocæsis filius, amicus fidiſſimus Orestis, quem furiosum factū non deseruit, sed cum usq; in Tauricam regionē secutus, pro ipso mori uoluit. Nā in ea regione solebant aduenæ immolari Dianæ.

Pylos urbs Laconiæ, in qua regnabat Nestor, qui ob id dicitur Pylus.

Pithus, va. F. P.

l Pinda

Pindarus, à curta, Thebanus poeta, Lyricorum princeps, cuius domui, uel posteris perpercit rex Alexander, cum Thebas euerteret.

Pindus mons in finibus Theſſaliae. Item fluuius et oppidum.

Pimpla, locus iuxta Parnasum montem: unde musæ dicuntur Pimpleæ, uel Pimpleides.

Pipleus fons Macedoniae, à quo musæ uocantur Pipleides.

Pyramus adolescens Babylonius Thysben puellâ mutuo amore clam parētibus amans, et licet à parētibus ualde cusodiarentur, tamē constituerunt ut nocte exirēt, et certo loco cōuenirent sub arbore quadâ. Thysbe autē prior illuc ueniēs, uiso leone fugit in syluâ, ueste illic relicta. Quâ uestem Pyramus, post ueniens à Leone laceratam uidens, putansq; Thysben à bestia deuoratam, se ipsum gladio necauit. Quod Thysbe reuersa uidens, se etiam eodem gladio peremit. Ouidius l. iiii. metamorph.

Pyraeus, portus Atheniensis.

Pyragmon unus Cyclopum, quē alij uocant Aemonidem. Vide Brontes.

Pyrrha, uxor Deucalionis. Vide supra.

Pyrrhus filius Achillis, ex Deidamia filia Lycomedis regis in Scyro insula, q̄ Priamū occidit capta Troia: occisus postea ab Oreste. Vide superius Orestes, de quo dicitur, Pyrrhus Achilleides animosus, imagine patris: Alter Pyrrhus rex Epiri, qui cū Romanis pugnauit: occisus tandem saxo, cum oppugnaret Argos. l. vi. p. 2.

Pyrene fons in arce Corinthi musis sacer. Etiam mons Hispaniae.

Pyreneus per treis syllabas, rex Thraciae musas hospitio susceptas uiolare uolēs, cū illa per fenestras euolassent, ipse secutus eas decidit, et fractis membris expirauit. Ouidius v. metamorph. Pyrenēus per quatuor syllabas, altus mōs Hispaniae, quē aliqui Pyrenen uocat. Itē Pyrenaei montes qui à Pyrene protenduntur in Gallia.

Pyramides, turres grādes et sumptuosissima apud Memphim Aegypti urbē, à regibus, p̄ monumētis factae. Sed et Rhodope meretrix maximam fecit Pyramidem. Martialis, Barbara Pyramidū sileat miracula Mēphis.

Pyrgoteles gemmarum sculptor artificiosissimus.

Pirithous filius Ixionis, rex Lapytharū, cum Theſeo amico suo descendit ad inferos, ut Proserpinā raperet. Sed à Cerbero deuoratus fuit, Theſeus autem captus.

Pyrodes Cilicis filius, qui primus ignem è Silice excussit, ut Plinius scripsit.

Pisa urbs, et regio Arcadiae uel Achaiae, ubi quinto quoq; anno exercebantur ludi curules in honorem Iouis Olympici. In hac urbe regnabat Oenomaus, de quo dictum est. Inde Piseus, Pisea, Piseum.

Pisae Pisarū, urbs Thusciae maritima. Inde Pisanus.

Pisaurum urbs Umbriae secundum Plinium.

Pistorium urbs Thusciae.

Pithacusa insula cum oppido, in Thusco mari circa Campaniam.

Pythagoras Samius Italicæ philosophiae princeps qui discendi causa mundum peragrabat. Tandem cum doctissimus esset, à quodā interrogatus quis uocaretur, ait se esse philosophum; nam ad illud tempus docti uiri

Pythias et Damon. va. 3. p. 2 uoca



Amantes

uocabatur Sophista sapientes. Quod nomē Pythagoras soli deo cōuenire putans, philolosophus dici uoluit. Valde tamen errauit Pythagoras, putans animas de corporibus in corpora post mortem transigere, & animas hominum quandoq; in bestias, & pecora mitti: unde esus carniū prohibebat. Abstinebat etiam fabis, ut quidam uolunt.

Pythius Apollo dicitur à Pythone serpente. Vide supra Phytōn.

Pittacus, a curta, Mitylencus, unus de septem sapientibus.

Placentia urbs in Italica Gallia, id est, in Lōgobardia, circa Trebiam fluiuium, & non procul à Pado.

Platea Platearum, urbs Bœotia. Staius, Nuntiat excubijs uigiles arsisse Plateas.

Pleiades septem filia Atlantis, & Pleiones nymphae: & sunt septem stelle in humero Tauri, quæ et Vergilia dicuntur, in singulari numero dicitur Pleias Pleiadis, id est, una illarum.

Plemmyrium fluiuius Sicilia, & interpretatur exundans.

Pleuron urbs Actolia.

Plotæ insula duæ in Aegeo, quæ & Strophades.

Pluto filius Saturni, & frater Iouis, rex inferorum, de quo uide superius Neptunus. Et interpretatur diues: unde etiam Dis uocatur.

Podalyrius filius Aesculapij, insignis medicus, qui cum Machaone fratre suo uocatus à Græcis peste laborantibus à Creta uenit ad Troiam. Quid. Quantus apud Danaos Podalyrius arte medendi.

Pœan

Pœan Pœantis pater Phylotetis, qui ideo Pœantius dicitur.

Pœni Carthaginenses, quasi Phœni, quia à Phœnicibus orti.

Pola ciuitas in Istria.

Polemo philosophus Platonicus, discipulus & successor Xenocratis. Fuerat in adolescentia luxuriosus, sed à Xenocrate emendatus.

Polyclæus, e longa, statuarius clarissimus.

Polynices. supra Eteocles.

Polycrates tyrannus Samiorum fortunatissimus. qui ut aliquid aduersitatis habuisse uideretur, anulum proiecit in mare, quem tamen cocus eius rediuenit in pisce. Tandem ab Oronte, profecto Darij regis, cruci affixus fuit in excelso monte.

Polydorus, o longa, filius Priami, & Hecubæ, causa uitandi belli à Priamo cum multo auro missus ad Polynestorem regem Thraciæ. Sed Troia capta Polynestor ut auro potiretur occidit puerum. Quo cognito Hecuba Polymnestori oculos eruit: de quo Vergilius, Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Polymnestor rex Thraciæ, de quo iam dictum est.

Polymnia una musarum: & interpretatur multæ memoria, uel multum canens, à πολυ & ἴμνη.

Polyphemus quasi multæ famæ, fuit filius Neptuni, & unus Cyclopum, scilicet gygas unoculus, carnibus humanis uescens. Qui cum aliquot sociorum Vlyssis comedisset, Vlysses ei optimum unum propinauit, quo inebriatus, cum grauius dormiret, Vlysses cum socijs eum

l 3 hastis

hastis ceciderunt. Idem antea amauerat Galathea nym-
pham, quae tamen eum spreuit, & Acim ei prae tulit: quem
Acim Polyphemus saxo necauit. Vide Virgilium in ter-
tio Aeneid.

Polentia oppidum Liguria in montibus situm.

Polyxena, e curta, filia Priami & Hecubae, quam
Pyrrhus filius Achillis iugulari fecit ad tumulum patris
sui, qui propter illam occisus fuerat. Nam Achilles uisa
Polyxena, in illius amorem adeo exarsit, ut illam a Pria-
mo peteret uxore, ac pacem promitteret. Igitur annuen-
te Priamo, cum istius rei causa Achilles uenisset, in tem-
plum Apollinis, Paris occidit eum.

Pollux, vide superius Castor.

Pompeii, oppidum Campaniae. Inde Pompeianum
id est, praedium circa Pompeios.

Pompeius magnus, nobilis Romanus, qui multa
bella gessit. Tandem ciuili bello uictus a Iulio Casare,
profectus in Aegyptum, ut ibi repararet exercitum occi-
sus dolose fuit. *De quo. Hist. lib. 8.*

Pontus pars maris circa Constantinopolim: alio no-
mine Euxinus, scilicet a Bosphoro Thracio, usque ad Mae-
otim paludem. Est etiam lata regio circa illud mare sita, com-
plectens Colchum, Cappadociam, Armeniam, & alias pro-
uincias: ponitur etiam Pontus generaliter pro mari.

Porphyris insula in Laconico mari: alio nomine
Cythera.

Portunus Palemon, deus marinus qui Portubus
praesse putabatur.

Porthmeus Charon, portitor inferorum.

Porfena uel Porsenna rex Tusciae. De qua. Hist. lib. 3. Porsena

Porfena uel Porsenna rex Tusciae in urbe Clu-
sio: qui Romanos obsedit, conatus Tarquinium regem eie-
ctum reducere. Tandem pacificatus recessit.

Præneste oppidum Italiae, in monte positum.

Praxiteles, e curta, optimus statuarius & nobilis
simus marmorum sculptor, qui inter alia Gnidi fecit Ve-
nerem artificiosissime. *sculpsit*

Priapus, a longa, filius Bacchi & Veneris, deus
hortorum turpissimus. Nam in hortis ponebatur statua cum
magno membro uirili. Colebatur autem maxime in Helle-
sponto. Unde Hellepontiicus dicitur, & immolabat ei asinum.

Priamus Laomedontis filius, rex Troiae: qui habuit
filios quinquaginta, quorum praecipui erant Hector, Paris, Troilus, Deiphobus, Helenus, Polites. Post euer-
sionem Troiae omnibus filiis eius occisis, & ipse a Pyre-
rho senex occisus fuit. *De quo. Hist. lib. 2. f. 37. b.*

Priene oppidum Ioniae in Asia, patria Biantis.

Priueruum urbs Volscorum fuit in Latio. Inde
Priuernates, unde fuit Deius uates.

Procyon est sydus, quod Latine Canicula dicitur,
& interpretatur antecanis, quia paulo ante canem ori-
tur cum Leone, Horatius, iam Procyon fuit.

Prochyta, y curta, insula in Tusco mari circa Ca-
paniam, & una ex Aeolijs.

Prociustes, latro crudelis in Attica, quem Theseus
occidit.

Proetus rex Argiuorum, cuius filia cum superbi-
ret, & se Iunoni speciositate praesferrent, Iuno eis tale furo-
rem immisit, ut se uaccas putarent. Ouidius autem dicit

Probus Rom. imp. de quo. Hist. lib. 3. f. 4. 645.

cas à Venere, quam speruerāt, primo in uaccas, pōst in lapides esse cōuersas. Verg. Proctides implerunt falsis mugitibus agros. Nam Proctides dicuntur filie Procti.

Procris filia Eriolhei regis Athenarum, & uxor Cephalī, quem uenantiē clam secuta est, latens inter frutices: & obseruans eum. Nam audierat quōd ibi ille amīcam habere solebat, Cephalus autē motum in fruticibus uidēs, & seram esse putans, uxorem ignarus occidit. Ouidius septimo Metamorph. & tertio de Arte, carpens nimis credulos.

Progne filia Pandionis regis Atheniēsis, & uxor Terei regis Thraciæ. Quæ cum iam filiū Itym nomine peperisset, flagrans desiderio sororis suæ Philomelæ uindende, uirum orauit, ut illam ex Athenis sibi adduceret. Quod Tereus cum faceret, in itinere uirginem uiolauit: & ne flagitium cuiquā diceret, linguā ei abscidit, ac in quodam loco conclusit, Progne dicens quōd soror in itinere obijisset. Philomela autem omnia quæ gesta erāt in peplo pinxit, quod peplo per ancillam misit ad Prognē. Progne autem Bacchanalia simulans, sororē attulit, & filium suum occidēs, Tereo comedendum dedit. Tereus re cognita cum Prognē persequeretur, illa in hirundinē mutata fuit, & Tereus in Vpupan, Philomela autem in Lusciniam mutata est, & Itys puer in Phasianum, quæ auis habet aures plumosas, & pennas depictas, & frequens est apud Phasim fluuium.

Prometheus Iapeti filius, qui primus finxit ex luto simulacra, unde dicunt eum homines fecisse. Fabulatur enim quōd in coelum ascendens ignem ferula sit furatus,

32
tus, quo simulacrum à se factum animaret. Vnde iratus Iupiter ipsum ligari fecit ad montem Caucasum, adhibita aquila, quæ cor eius exederet. Quo figmento significatur fuisse uir studiosus & Astronomus.

Propontis est pars maris, inter Hellepontum & Pontum.

Proserpina, i curta, filia Iouis & Cereris, quæ Pluto ex Aetna rapuit in uxorem. Ceres autem ubique eam anxie quæsiuit, & cum tandem comperisset, Ioui cōquesta est: qui sententiā dedit, ut si nihil adhuc Proserpina gustasset apud inferos, matri redderetur. Sed quia illam aliquid gustasse cōstabat, & Ceres inconsolabiliter dolēbat, Iupiter eam ita placauit, ut Proserpina medio tēpore esset apud matrē, id est, apud inferos: & medio tēpore apud uirū, id est, apud inferos. Est igitur Proserpina uxor Plutonis & inferorum regina, & est Luna. Vide Bocatium de Genealogia deorum.

Protagoras rhetor, & sophista, tēporibus Socratis, cui Plato librum inscripsit.

Protesilaus unus ducum Græciæ, ex Phylace urbe Thessaliæ. Qui cum datum esset Græcis oraculum ut qui primus ex classe descēdisset in terrā Troianā, periret, et ipse magnanimus primus in terrā descēdit, et ab Hectore occisus est. Quem uxor eius ita fleuit, ut ipsa moreretur.

Proteus filius Oceani & Tethyos, marinus deus pastor Phocarum, & uates, sed nisi coactus, nulla dans responsa. Idem se transformat in quamcunq; formam, ut Virgilius in quarto Georg. fabulatur. Fuit autē rex Aegypti, temporibus Priami regis Troiani.

Publio Scipione nascitur. v. l. 5

Publio deo Maxima. v. l. 7.

Punicum bellum. v. l. 9. ca. 1

Psyl



+
I. m. ch. l. 2
le quo fuscul.
f. 94. a. 94. b. 127.

Psylli gens fuit in Libya, ultra Garamates, natura tem um coira serpentem habens. Nam Psylli neq; à ser pentibus laedi poterant, & illorum uenenum ab alijs ho minibus exugebant.

Phthia regio Thessaliae scilicet patria Achillis.

Ptolemaeus filius Lagi militis Gregarij, in exer- citu magni Alexandri: sed Ptolemaeus ita se gessit, ut inter duces ejset, & post Alexandri mortem rex Aegypti factus, adeo clarus fuit, ut omnes sui posteri ab ipso denominati sint, & dicti Ptolemaei usq; ad tempora Augusti.

Ptolomais urbs Phoeniciae prius uocata Aca.

Punicus Carthaginensis, Virgilius, Punica regna uides. Vnde bella Punica dicuntur, quae Romani gessere cum Carthaginensibus.

Puteoli oppidum Campaniae, in multitudine puteo- rum propter aquas calidas ita dictum.

Quari, populus Galliae Narbonensis, inter Sallies & Vocontios.

Quinquatria, festa Mineruae, quae quinto die post Idus cuiusque mensis agebantur: dicta quasi quinta atri dici.

Quirinus dictus est Romulus, eo quod semper ute batur hasta, quae Sabinorum lingua quiris appellatur. Quirinus etiam Martem significat. Item Octavianus Caesar appellatus est Quirinus.

Quirinalis collis in urbe Roma, quod in illo tem- plum Quirini fuit, uel quod in illo habitauere Sabini à Curibus urbe uenientes.

Quinto libro va. 7. q.

Quiri

Quirites, Romani dicuntur à Quirino primo re- ge & urbis conditore. Antè etiam Sabini appellabantur **Quirites** à Curibus urbe sua, de quibus Virgilius ait, Prisciq; Quirites.

R

Rhadamanthus filius Iouis ex Europa, frater Minois: qui ambo dicuntur esse iudices apud in- feros.

Rhagusium urbs nobilis in Dalmatia, ab Epidau- rijs conata.

Rhamnusia dea indignationis, quae superbientes ulciscitur: alio nomine Nemesis, quod interpretatur indi- gnatio. Rhamnusia autem dicitur à Rhānis oppido Atticae. Ouidius, Exiget ad dignas ultrix Rhamnusia poenas.

Raphia urbs Palestinae post Gazam sita.

Rauēna urbs Italiae i Flaminea ad mare Adriaticū.

Rhea filia Coeli & Vestae, soror & uxor Saturni, alio noīe Ops. Rhea etiā dicitur Cybele mater deūm. Itē Rhea dicitur illa mater Romuli, de qua superius Iliā.

Reate oppidum Sabinorum, umbilicus Italiae.

Rhedones populus Galliae in ducatu Britanniae ad Oceanum.

Regium urbs Galliae Italicae, id est, Longobardiae. Vnde Regienses.

Rhegyum urbs Brutiorū in finibus Italiae ad ma- re contra Siliciam. unde Rhegyni.

Regium Galliae condidit Lepidus Romanus.

Regulus: supra Attilius.

Remus filius Martis, & Iliā, quē frater eius Ro- mulus

mulus





mulus occidit, quia per ludibrium muros novos transilierat, uel quia uterque regnare uolebat, & ob hoc inter eos orto certamine Remus occisus est. Lucanus, Fraternali pri mi maduerunt sanguine muri.

Remis urbs Gallie Belgicae, inter Treuerim, & Metensem urbem, circa syluam Arduennam, in qua urbe Francorum rex ungitur.

Rhenus fluius nobilis ab Alpibus per Germaniam fluens, uel Galliam a Germania separans, tandem tribus ostijs in Septentrionalem oceanum influit.

Rhenus etiam est fluius in Italia, circa Bononiam.

Rhesus rex Thraciae, qui cum equis albis ueniens in auxilium Troianorum, a Diomede & Ulysses noctu in suis castris occisus fuit. Est etiam fluius circa Troiam.

Rhetia regio circa Alpes, uel in Alpibus, quam alii qui putant esse Austriam, uel Sueuiam. Nam Rheti sunt gens Alpina. Alij dicunt Rhetiam esse Pedemontinam regionem.

Rhiphaei montes sunt in Scythia, a perpetuo uentorum flatu appellati. Nam *ῥιψις* Graece significat flo. Inde Rhipheus accipitur pro Scythicus & Aquilonaris. ut Rhipheus populus & Rhiphae nix.

Rhodanus, a curta, fluius Gallie, ortus in alpiibus, & Allobroges a Celtis separans, & lacui Lemanno mixtus, & iterum egressus Lugdunum, & Viennam urbes adit: deinde Ligusticum mare tribus ostijs influit.

Rhodos, clara insula in mari Carpathio, opposita Lyciae & Aegypto. In ea fuit Colossus, L x x. cubitis altus; & alij Colossi minores centum. Est autem Colossus ingens

ingens statua.

Rhodope, o curta, mons in Thracia. Etiam meretrix in Aegypto fuit conserua quondam Aesopi, quae grandem struxit Pyramidem.

Rhoetus mons Troiae, in quo sepultus fuit Aiax Thelamonius, Inde Rhoetaeus & Rhoethaius, id est Troianus.

Romulus & Remus gemini filij Martis & Iliae. Vide supra, Ilia & Remus. Ergo Romulus fuit conditor urbis Romae, & primus rex. Secundus rex fuit Numa Pompilius, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus Martius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Seruius Tullus, septimus & ultimus Tarquinius Superbus. Postea consules habuerunt Romani. *Roma triana muna. Poli. 6.*

Rostra templum Romae in foro, ante curiam, sic dictum, quod illic affixa erant rostra nauium hostilium Antiatibus ablata quondam.

Rothomagum urbs Gallie in ducatu Normaniae.

Rutheni populus Gallie in prouincia Bituricensi. Alij sunt Rutheni in Scythia, ultra Liuoniam, alio nomine Rusi uel Rasiiani.

Rubicon fluius in Italia, separans Galliam a Flaminea. Lucanus, Puniceus Rubicon cum seruida canduit estas. Est autem inter Ariminium, & Rauennam a rubore aquae appellatus.

Rudiae Rudiarum, uetus oppidum Apuliae, patria Ennij Poetae.

Rutuli uetus populus in Latio, quorum rex Turnus cum Aenea bellum gessit secundum Virg.

Rutuba



Rutubamedia curta fluiuis Liguria, ex Apeni-
no fluens.

S

Saba urbs metropolis in Arabia felici in monte si-
ta, unde Sabæa regio dicitur in qua sola thus nasci-
tur. et Sabæi, populus ipse. Virgilius, Solis est thurea uir-
ga Sabæis. Alij uolunt quod Saba sit regio.

Sabini uetus Italiae populus, inter Latinos & Um-
bros, rigidis moribus, quorum filias in spectaculo rapue-
runt primi Romani carentes uxoribus. Ob quod Sabini
multa bella gesserunt cum Romanis. Sed multi ex eis ui-
cti Romam migraverunt.

Sabelli, idem qui Sabini. Inde Sabellicus.

Sabota urbs Arabiae Felicis, alio noie Saba ut supra

Sacæ populus in Scythia. Perse autem omnes Scy-
thas uocant Sacas à proxima sibi gente.

Sacra uia, locus Romæ, ubi Romulus, & Tatius
rex Sabinorum fœdus fecerunt.

Sacer mons est trās Anienem fluuium tertio ab urbe
miliario, quæ montē occupauit olim plebs Romana, cū à
diuitibus nimium grauaretur, & ibi tribuni plebis creati
sunt. Dicitur autē Sacer mons, quia Ioni sacratus fuit.

Saguntus uel Saguntum urbs Hispania, ultra Ibe-
rum fluuium mille ferme passus à mari, quam Romanis
fauentem Hannibal euertit. Sed cum uiderent ciues urbē
capiendam primores aurum & argentum omne in ignē
iacauerunt, ne hostis illo potiretur. In quē ignem multi
etiam ciuium se miserunt. Nam alij omnes pugnantes
occisi sunt, ut ait Liuius.

Saiticum

Saiticum est unum de ostijs Nili, dictum à Sais ur-
be propinqua.

Salamin uel Salamis insula in mari Euboico cōtra
Athenas, in qua est urbs eiusdem nominis. Statius, Hos
Salamis populus, illos Cerealis Eleusis. Est etiam urbs in
Cypro.

Salentinum promontorium Italiae, & oppidum
circa Beneuentum.

Sali, sacerdotes Martis Romæ à Numa rege instituti,
q̄ lustrātes urbē, saltabāt, portātes ancilia, id est scuta.

Salapia oppidum Apuliae, ubi Hannibal amore me-
retrito prope captus erat.

Salmācis, a curia, fons in Caria. Fabulantur fuisse
nymphā quæ Hermophroditū, Veneris & Mercurij fi-
lium in fonte nudū repertum amplexans, deos orauit ut
unum ē duobus corpus fieret, idq; factum esse.

Salmōneus, o lōga, Aeoli filius, et rex Helidis, qui
ut deus esse crederetur, fulmina & tonitrua se mouere
fingebat, quare tonitruo et fulmine ad inferos missus est.

Salacon, quidā pauper superbus. Unde omnes pau-
peres superbi dicuntur Salacones.

Salonæ Salonarum, urbs Dalmatie. Lucanus, Qua
maris Adriaci longas ferit unda Salonas.

Samaria urbs Syriae uel Iudæe, caput uel metropo-
lis decem tribuum Israēl. Quibus tandem captis, & ab-
ductis, remissi sunt illuc Gentiles ad terram colendā, qui
Samaritani quoq; uocati sunt, et tota illorum regio dicta
Samaria. Item urbem Samariam Herodes uocauit Seba-
sten. Vide infra.

Samos

Samos est insula in Aegeo mari circa Thraciam: unde et Samothracia uocatur, ubi Iuno summe colebatur. Altera est in eodem mari insula Samos contra Ephesum sita.

Samnites populus fuit Italiae, inter Picenum, Campaniam, et Apuliam: ortus à Sabinis, et à Samnio monte appellatus. Hi Samnites multa bella gesserunt cum Romanis, deleti tandem à Sylla dictatore.

Santones uel Santoni, ò curia, populus Galliae in Aquitania.

Sangaris fluius Phrygiae.

Sappho mulier Lesbica, id est, de insula Lesbo, quae Lyrica carmina scripsit, fuit enim doctissima poetria. Tandem amore Phaonem cuiusdam iuuenis capta, cum ille eam fugerit, ipsa impatiētia animi se praecipitavit in mare de monte Leucate. Ab ipsa iuērice uocatum est Sapphicum carnē.

Sapis fluius Italiae in Flaminia prope Cesenam urbem

Sardanapalus penultima longa, ultimus Assyriorum rex luxuriosissimus, et muliere corruptior: contra quem coniuravit Arbaces praefectus Medorum, quia uidebat regem muliebri habitu inter mulieres uersari. Victus igitur proelio Sardanapalus fugit in regiam, et cum illa seipsum combussit.

Sarepta oppidum Phoeniciae.

Sardinia insula fertilissima frumenti, inter mare Thuscum et Africum, distans à Corsica insula stadiis LX. et saepe pestilens.

Sardis pluraliter urbs, Lydiae caput, regia Croesi.

Sarmatae, a curta, populus Scythicus, prope Tanaim, qui et Sauromatae dicuntur, et nunc uulgo Poloni et

ianum. Vide supra Deidamia. Inde Scyrius.

Scyron latro in Attica, qui in scopulo sedes, cogebat hospites sibi pedes lauare, aut se adorare. Quod cum faceret, eos praecipitabat in mare, Huc Theseus occidit, et illius ossa dicuntur esse mutata in Saxa, quae ab ipso uocatur Scyronia.

Scyronia saxa sunt in Attica, non longe à Megaris ad mare, per quae transitus est difficilis, dicta à Scyrene latrone, ut supra.

Scythia ampla et Barbara regio Septentrionalis, ab India ad Germaniam porrecta, ab uno latere potum, ab altero Ripheos montes habens, hinc Scythicus.

Scythopolis urbs Syriae uel Iudaeae.

Scopas optimus sculptor marmorarius.

Sebaste urbs Iudaeae, olim dicta Samaria, sed Herodes eam appellauit Sebasten, quod interpretatur Augusta.

Sebenitium est unum de ostijs Nili in Aegypto.

Seleucus unus de principibus Alexandri, et post illius obitum primus rex Syriae.

Seleucia urbs Syriae circa Antiochiam.

Selymbria ciuitas in Propontide, propinqua Byzantio.

Semele, e curta, filia Cadmi regis Thebarum, quam Iupiter impregnauit: quare Iuno indignata, et eam peredere uolens: assumpta forma uetulae, quae fuerat nutrix Semeles, eam adiit, et fingens se dubitare, an amasius eius uerè esset Iupiter: hortatur eam illum rogare, ut talis et tantus secum cubaret, qualis et quantus cum Iunone sit solitus. Postea cum Iupiter Semele iurasset se illi datum.

Scopron. Vide supra
Selymbria. Publica nauis. v. 7. 2.



tusculan.
p. 154. b.

+
Valer. max. l. 2.
l. 5. c. 6.

+
Ovid. lib. metam.
f. 32. tuscul.
f. 16. a.

Secularium lida. orig. Pol. 5. 1. ni et

quicquid peteret, illa à Iunone decepta id petijt quod Iuno eam docuerat. Quare Iupiter ut iusiurandū serua-
ret, Semelem, quod petierat fulmine occidit. Infante uero
ex eius utero sumēs, quia nondum maturus erat partui,
suo femori imposuit: & tandū fuit, donec maternos mē-
ses completeret. Qui infans Bacchus dictus est: & à nomi-
ne matris quādoq; uocatur Semeleius, uel Semelcia pro-
les, & Bimater, à Semele & Ioue editus.

Semiramis, a curia, regina Assyriorum, uxor Ni-
ni primi regis: post cuius mortem ipsa uirili habitu, ut
filius regis putaretur, diu regnauit, & regnum bellando
etiam auxit, & muros Babylonis circumdedit. Fuit etiam
libidinosā, & tandem cum filij sui concubitum petisset,
ab illo necata.

Sena urbs Etruriae uel Tusciae, octingentis sta-
dijs ab Roma distans. Profertur etiā pluraliter Senae Se-
narum, quam ferunt olim Senones condidisse.

Senones, o curia, populus Galliae Celticae, qui olim
in Italiam armata manu uenientes, exercitiū Romanum
deleuerunt, ac Romam praeter Capitolium ceperunt: un-
de illud, Nobilitas Senonum Romanos uicit in armis.

Senogallia urbs Umbriae in Italia.

Sentinum oppidum Italiae in finibus Umbriae &
Piceni, alio nomine Saxoferratum.

Serapis, a longa, idolum Aegyptiorum, alio nomi-
ne Apis. Vide supra.

Seres pluraliter, populus in Asiatica Scythia, apud
Indiam: qui de suis arboribus nobilem lanam depeccūt,
de qua fit sericum.

Séqua

Sequana, a curia, fluius Galliae, Celtas à Belgis
definiens. Oritur in ducatu Burgundiae, & Parisios al-
uens circa Rothomagum intrat Oceanum.

Sequani, a curia, populus Galliae in comitatu Bure-
gundiae.

Seriphus, i longa parua insula, & una Cycladum
in Aegeo.

Seria urbs Campaniae, unde denominatur uinum Se-
tinum.

Sestos urbs ad Hellepōtū sita, cōtra Abydū, patria
Erius puellae, quae et Sestias appellatur. Vide supra Ero.

Sybaris, a curia, fuit urbs magna Calabriae in sinu
Taretino, ad amnē Cratidē, quae urbs x. v. subditas hab-
uit, sed tādē delicijs et luxuria dediti ciues, onine robur
amiserūt, & breui tpe à Crotoniatis uicti, et deleti sunt.
Hinc Sybariticus ponitur pro luxuriosus. Fuit etiā Syba-
ris aliud oppidum xii. milibus passuum distans à Roma.

Sibylla dicitur omnis foemina diuinās, uel prophe-
tans, & interpretatur diuinum consilium. Varro & La-
tantius enumerant Sibyllas decem, quarum prima fuit
Persica, altera Libyca, tertia Delphica, quarta Cumaeā,
quinta Erythraea, sexta Samia, septima Cumana, quae Tar-
quinio superbo regi Romanorum attulit nouem libros
prophetijs plenos, pro quibus poscebat trecentos philip-
peos aureos. Cum autē rex ob magnitudine petiti pretij
rideret, illa in eius praesentia tres libros exussit. Dein-
de regem interrogauit, an eodem pretio sex reliquos li-
bros emere uellet, illo renuente ipsa iterum tres combus-
sit, & cum pro tribus residuis adhuc peteret idem pre-
tium.

m 3 tium



x. iad. iun.
legua. Natano.
ibidij. 40.
Val. max. l. 9.
c. 3.



tium, rex mulieris constantiam admiratus, pecuniam dedit, & libros accepit, qui Romae diligenter seruabatur à quindecim uiris ad hoc ordinatis, & periculosis temporibus tegebantur. Postea tamen aucti sunt hi libri: additis carminibus aliarum Sybillarum. Octaua Sibylla fuit Hellepontia, in agro Troiano nata. Nona fuit Phrygia, Decima Tyburs uel Tiburtina. Et omnes Sibyllae de CHRISTI incarnatione scripserunt, ut ait Laetantius.

Sicambri populus Germaniae finitimi Menapijs, ad utranque Rheni ripam. Et putantur esse Gebrienses.

Sicania est Sicilia sic appellata, à Sicanis populis, qui ex Hispania primo in Italiam iuerunt, deinde in Siciliam progressi sunt, unde Sicani dicuntur Siculi uel Sicilienses.

Sicilia nobilis insula, in angusto sed periculoso fretto: distans ab Italia cui olim fuerat adiuncta. Hinc Siculus & Siciliensis. Graeci uero Sicilia per e scribunt. Vnde & Virgilius patronymicum foeminitum fecit Sicelis, cum ait, Sicelides musae. & c. Item Sicilia habet tria promontoria, de quibus uide Trinacria.

Sicyon uel Sicyonia, urbs uetus Aethiopiae in Laconia, apud quam Oleae multae sunt. Est & insula in Aegeo contra Epidaurum.

Sycoris, o curta, fluius Hispaniae. Lucanus, Hesperios inter Sycoris non ultimus annes.

Sidon urbs maritima Phoeniciae à copia piscium sic appellata, ubi primum factum fuit uitrum.

Syene, e longa, insula uel urbs, in confinibus Aethiopiae & Aegypti, directe sub tropico aestiuo, id est, sub cancro

Dei motu de licio.

88

cancro in extremo torridae zona.

Sigaeum est promontorium Troadis uel Troiae.

Syla, mons & sylua Lucaniae.

Sylla nobilis Romanus, qui Mithridatem regem debellauit, & contra Marium Romanum cruentissimum, ciuile bellum gessit: & Marianos, id est, fautores Marij crudelissime necauit, Deinde cum fuisset dictator, id est, solus Romae princeps, deposita dictatura obiit morbo pediculari, uel ut alij uolunt, ira nimia, sanguinem uomens.

Dei motu de licio. Paganb. f. 66. 105.

Silenus, e longa, nutritius & Paedagogus Bacchi: uide Virgilium in Buccolicis.

f. f. 45. a

Siler uel Silerus, fluius Lucaniae alluens Salernum oppidum, & Campaniam à Lucania separans. Qui fluius cum alibi saluber sit, tamen ultra Surrentum oppidum quicquid in eum proicitur, durefcit in lapidem, ut inquit Plinius.

Syluanus, deus rusticus Syluarum, dicitur & Syluanus.

Sylua, id est Iliam mater Romuli.

Symetus fluius Siciliae non procul à Catanensi urbe.

Simonides Graecus poeta Lyricus, ex insula Caea oriundus, & fuit primus Lyricus apud Graecos, aptissimus ad mouendas lachrymas, flebile carmen inuenit, & felicissimus: Vide Valerium Maximum primo libro.

Dei motu de licio. f. 26

Simois, o curta, fluius Troianus, ex Ida monte profluens, & tandem Xantho miscetur.

Symplegades sunt duo scopuli in mari, quod dicitur Hellepontus, inter quos est difficilis & periculosa nauigatio. Vocatur etiam Syndromades, id est, concurrentes, quia eminus uideatur concurrere. Etiam uocatur

m 4 Cyaneae



Cyaneæ ut supra.

Sina mons in deserto Arabiae alio nomine **Oreb**, uel **Choreb**. In quo **Moyſes** legē et præcepta accepit à deo: ubi nūc est corpus beate uirginis & matris **Catharines**.

Sinadis oppidum Phrygiæ: unde marmor **Sinadicū**.

Synopes urbs iuxta Pontum, uel in Cappadocia, **Diogenis Cynici** patria.

Sipontum, uel **Sipus**, huius **Sipuntis**, clara urbs in **Apulia** ad montem **Garganum** à **Diomede** constructa.

Siphnus insula in **Aegeo**, auri & argenti ferax olim.

Syracusa, **Syracusarum**, urbs pulcherrima & nobilissima in **Sicilia**: iuxta **Pachynum** promontorium, quæ tres muros & tres arces habebat, & portū marmoreū.

Sirenes tres filiae **Acheloi** fluij, & **Calliopes** muse, quæ habitabant in quadam insula, inter **Italiā** et **Siciliā**: & dulcedine cantus sui nauigantes alliciebant, ac deinde necabant. **Vlyſſes** autem illac nauigaturus, aures sociorū suorum cera clausit, ne audirent cantus illarum, seipsum autē ad malum nauis alligari fecit, & sic euasit, ut inquit **Homerus**. **Sirenes** autem de sui cōtemptu adeo doluerunt, ut se in mare præcipitarent.

Syria est regio maioris **Asiæ** iuxta **Iudeam**. Quidā tamen **Syriam** uocant totam illam regionē, quæ continet **Phœniciam**, **Palestinam**, **Mesopotamiam**, et **Babyloniā**, quæ & **Assyria** dicitur: hinc **Syrus**.

Sirius est stella in medio centro cœli, ad quam cum sol peruenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languēt mortaliū corpora. **Latina** hæc stella dicitur **Canicula**: à qua dies **Caniculares** nuncupantur periculosi.

Syrtes

Syrtes sunt duo sinus, id est, loca maris in fine **Aphricæ**, quas inaccessas facit uadosum ac reciprocum mare. Sunt igitur loca periculosa propter æstus, id est, motus inquietos & arenæ copiam.

Sisyphus, **Aeoli** filius, latro fuit in **Isthmo** quē **Theſeus** occidit. Et apud inferos hac poena plekti dicitur, ut saxum semper relabens portare cogatur in montem **Ouidius**. Aut petis, aut urges rediturum **Sisyphæ** saxum.

Sithon olim **Thracia** uocabatur. hinc **Sithoniū**, id est, **Thracius** **Virgilius**, **Sithoniasq;** niues hymis subeamus aquosæ.

Smilax puella quæ amore **Croci** iuuenis tabescens mutata fertur in herbam sui nominis, quæ similis est **hederæ**. **Ouidius**, Et **Crocō** in paruos uersum cū **Smilacæ** flores.

Smyrna urbs **Ionie**, uel **Meonie** in **Asia** minori, quam urbem **Meles** fluius circūfluit. Hæc à quibusdam dicitur **Homeri** patria. uide **Aulum Geliū**.

Socrates **Atheniensis** **Sophronisci** marmorarij, & **Phanaretæ** obstetricis filius. Qui cum acerrimi esset ingenij, & **Physicæ** atque **facundiam** sine uirtute nihil prodesse uideret, illis artibus quæ solæ tunc in usu erant relictis, ad **Ethicam** se conuertit, & **Sophistas** uehementer irridebat. **Quinetiam** **Apollo** interrogatus à quodam de **Socrate**, respōdit illum esse sapientissimum. Propter hæc cum multi ei inuiderent, ab **Anyto** quodam diuite, & **Melisso** poëta, & **Lycone** oratore accusatus est, quasi deos cōtemneret, & pueros corrumpere. Cumq; nimis animose in iudicio loqueretur, addictus morti, uenenum bibit in carcere. Sed statim **populus** mortem eius ita doluit,

m s luit,

† Insula. f. 1039.

† *Insula. f. 40.*
95. 128. 99.
159.
Valer. max.
l. 3. c. 4. 7.
l. 6. c. 4. l. 7. c. 2.
l. 8. c. 3.

metam. Oui
l. 1. f. 60.

luit, ut accusatores eius uel morte uel exilio plecteret, & ipsi Socrati statuam aream dedicaret. Huius discipulus fuit Plato, & alij permulti, cuius pulchra est ad Theopompum epistola.

Solymæ Solymarum urbs nobilissima Iudææ, quæ & Hierosolyma. Ponitur & adieciuit. Item urbs alia circa Lyciam uel Siliciam iuxta Homerum.

Solon Atheniensis legum lator & unus de septem sapientibus, qui Crasum regem monuit, ut se felicè non putaret quandiu uiueret.

Sora oppidum Volscorum in Campania.

Soracte mons Hirpinorum in salicis x x passuum milibus à Roma.

Sparta uel Sparte nobilis urbs Laconia, alio nomine Lacedæmon. Inde Sparthanus uel Spartiata gètile nomen, ex qua Georgius Hermonymus Græcus.

Spartacus fuit gladiator & seruus cuiusdã Romanus. Qui tandè cū octo ginta duobus socijs suis fugiès è carcere multa seruorum milia cõgregauit, & multis dånis affecit Italiã, Tandè à M. Crasso in prælio occisus. Lucanus, Vt simili caussa caderes qua Spartacus hostis.

Sperchius fluuius Thessaliæ è monte Pelio ortus.

Speusippus philosophus Academicus, Platonis ex sorore nepos, & in schola successor.

Sphinx monstrum facie uirginis, pennis autum, & pedibus leonis: quod quondam ad Thebas ueniens hoc enigma proposuit. Quod est animal bipes, idèq; tripes, ac quadrupes. Qui hoc enigma soluere nequibat, eum Sphinx occidebat. Tandè Oedipus ita soluit, ut hominene esse

esse diceret, qui in infantia manibus et pedibus nitès quadrupes est, at in senectute baculo utens tripes est. Tunc Sphinx se de saxo præcipitem dedit. Reuera Sphinx est animal monstruosum in Aethiopia, de genere Simiarum, fusco pilo, mánus in pectore geminis, & homini persimile, nisi quòd pilosum est & solitudinem colens.

Sporades, id est, sparse, sunt insulæ multæ in Aegeo uel Myrthoo mari, inter quas est Patmos.

Stentor quidam Græcus in bello Troiano, tam uocalis ut tantum faceret sonum quantum alij, quinquaginta, ut ait Homerus. Iuuenalis, Tu miser exclamas ut uincere Stentora possis.

Sthenobea uxor Proeti, uide supra Bellerophon.

Steropes unus Cyclopum. uide Brontes.

Stesichorus Siculus poëta Lyricus, qui cum Helenã Menelai uxorem, quodam carmine uituperasset, oculos amisit, sed cum palinodia, id est cõtrario carmine eã laudasset, uisum recepit.

Stilbon est Mercurij stella à splendore.

Stilpon quidam philosophus Megarensis.

Stymphalus lacus aut palus Arcadiæ apud oppidum nomine Stymphalum. In quo lacu erant aues tantæ magnitudinis, ut radios solis obumbrarent, quæ totã Arcadiam deuastabãt, & à lacu dicebantur Stymphalides: quas Hercules sagittis occidit.

Styx aqua infernalis, per quã dii iurabãt. Inde Stygius, Stygia, Stygiũ, id est, infernus uel infernalis. Est etiã Styx paruus fluuius Arcadiæ, circa Nonacrim montè: ex quo q; potat, illico moritur. Itè alia palus Aegypti circa Memphim

Memphim, ambiens Abaton insulam.

Strabo Cretensis philosophus Geographus temporibus Augusti.

Strato philosophus, Lampfacenus, magister Ptolemaei Philadelphi.

Strymon fluvius Thraciae ex Aemo monte profluens, & Thraciam à Macedonia separans. Inde Strymonius, Strymonia, Strymonium. Unde grues dicuntur Strymoniae.

Strophades insulae duae in mari Ionio, in quo Harpyias habitare dicit Virgilius lib. III. Aeneid. Nam Phineus rex Arcadiae, cum filios suos uxoris suae caecasset, irati dii, ipsum quoque caecauerunt, & Harpyias aues rapaces & foedas immiserunt, quae eum vexarent. Sed cum illuc uenisset Iason cum Argonautis, & Phineos humaniter tractasset, miserunt Zetum & Calaim filios Boreae alatos ut Harpyias pellerent ex regno Phinei. Quod illi facientes, cum uenissent ad has insulas, moniti sunt ne canes Iouis, id est, Harpyias ulterius persequerentur. Ob hoc insulae quae prius Plotae dicebantur, appellatae sunt Strophades, id est, conversiones: quia illic Zetus, & Calais conversiones sunt à persecutione Harpyiarum, eas ibi relinquentes.

Strophius rex Phocidis, pater Pyladis.

Suburra, vicus in urbe Roma.

Suessa, ciuitas Campaniae.

Suessiones populus Galliae inter Belgas in provincia Remensi.

Sulmo oppidum Pelignorum in Brutijs, Ouidij poetae patria.

Sunium

Sunium promontorium & oppidum in Attica.

Surrhentum oppidum Campaniae.

Susae Susarum uel Susis regia urbs Persarum. Lucae nus, Agmina Achemenijs decurrant media Susis.

T

Tabor mons est in medio Iudaeae campo, mira rotunditate sublimis; distans à Diocæsarea decem milibus passuum, haec Hieronymus, ubi CHRISTVS se transfigurauit.

Taburnus mons Campaniae, uel potius Apuliae.

Tanarus per a diphthongon, promontorium Laconiae iuxta Spartam urbem. Cuius in summitate magnus hiatus est, uel specus, quandoque strepitum agente uento faciens. Unde fabulantur illic esse portam inferni. Virgilius, Tanarias etiam fauces alta ostia ditis.

Tages autor aruspinae, qui in Ethruria subito aparens aratori cuidam, docuit eum artem illam.

Tagus fluvius Lusitaniae aureas habens arenas immixtas.

Taygeta urbs Laconiae. Taygetus mons ibidem. Ponitur etiam Taygetus adiectiue.

Thalassius uel Thalasio, deus nuptiarum.

Thales Milesius: primus est septem sapientibus, qui & primus in Graecia disputauit de rerum natura.

Thalia, i producta, dicitur una musarum. Item una gratiarum, à Graeco uerbo *thalo* quod est uiro.

Thamyras Thracius cytharædus, qui sua arte superbiens prouocauit musas ad certamen, à quibus oculis & arte priuatus est. Ouidius, Quid miserum Thamyram

ram





Taruisium urbs Venetia in Marchia Taruisina.
Taurinum urbs ad Alpes, caput Pedemontanae regionis.

Taurus, magnus & altus mons Siciliae. Sed Plinius inquit, quod sit mons maximus & immensus ab India porrectus, per Asiam, usque ad Maotim paludem Scythiae, cuius pars est Caucasus mons, sed & alia multa diuersis in locis habet nomina.

Taurus etiam sidus est & signum in Zodiaco.

Taurica est regio Thraciae uel Scythiae, ubi aduenae immolabantur Dianae.

Taurominiū mons Siciliae ad Drepanū promontoriū, & urbs in monte illo sita. Inde Taurominitanus.

Thaumantias uel **Thaumantis** **Thaumātidis**, dicitur Iris, filia Thaumantis et Electrae filiae Oceani, nuntia deorum in rebus malis, & Mercurius in bonis. Virgilius nono. Ad quem sic roscō Thaumantias ore locuta est, à θάυμα quod Graece miraculum est.

Theanum oppidum Campaniae, & producit a.

Tearus lympidus fluuius in Thracia.

Thebais regio superioris Aegypti, uicina Aethiopiae. Etiam Thebais dicitur mulier Thebana. Item Tragedia Senecae de eodem.

Thebe Thebes gradis urbs Aegypti ab Osiride rege condita, & tota pefilis, id est, sub se habens uias subterranas. Fuit c. & x l. stadiorum amplitudine, & centum portas habuit secundum Homerum, quod & Iuuenalis. Atque uetus Thebe centum iacet obruta portis. Vocatur alio nomine Diospolis, teste Plinio.

Theba

ni & Lituani, & Prusienfes, & cetera.

Sarnus fluuius Campaniae, ex monte eiusdem nominis fluens.

Sarra urbs Phoeniciae alio nomine Tyrus. Unde Sarranus, id est, Tyrius. Virgilius, Sarrano dormiat ostro.

Sarpedon, e longa, filius Iouis, rex Lyciae, occisus apud Troiam.

Safos insula inter Epirum & Brundisium.

Satyrī animalia in Aethiopia, humanae speciei, sed cornuta, & caprinis pedibus. Veteres putabant esse semideos uel rusticos deos. Virg. Ferte simul satyriq; pedem & c. Hinc dictae sunt Satyrae, carmina quibus uicia carpuntur.

Saturnus filius Caeli & Vestae, uel Terrae, qui ex Ope sorore sua genuit Iouem, Iunonem, Neptunum, & Plutonem. Item dicitur filios mox, ut nati essent, comeditisse. Item Caelo patri suo genitalia absceidit. Tandem à Ioue filio pulsus, ex Creta uenit in Italiam, & ibi agriculturam docuit, & quia ibidem latuit, Italia Latium uocata est, & inde Latinum.

Sauo fluuius in finibus Campaniae.

Sauona urbs maritima Liguriae.

Sauromatae. Vide Sarmatae. Iuuenalis, Ultra Sauromatas fugere hinc libet.

Saurus quidam sculptor eximius.

Scenitae populus uagus in Arabia, qui morantur in scenis, id est, tabernaculis aut tentorijs cilicinis.

Scæa porta Troiana in qua fuit sepulchrum Laomedontis regis: quo integro, Troia capi non potuit.

Scæuola qui sinistra manu pro dextra utitur, &

93
sic ap



sic appellatus fuit Mutius postquam exussit dexteram. Vide supra Mutius.

Scamander fluvius Troiae. Itē filius Hectoris, alio nomine Astyanax. Item, Scamandria oppidum Troiae.

Scylla filia Nisi regis Megarensis, quae capta nefario amore Minos regis, qui Megaras obsidebat, ut illum sibi conciliaret, purpureum capillum patri abscisum, illi attulit: fatalis namque erat ille capillus. Nisi, ut illo amisso regnum etiam amitti necesse esset. Minos tamen Scyllam ut sacrilegam spreuit, nec secum ducere uoluit, sed cum illa in nauem eius irruisset, Minos eam resti alligata de puppe, suspendit in aqua. Fabulantur autem poetae quod in auem quae Cyris, id est Alauda dicitur, sit mutata, quam Nisus pater in Halietum mutatus persequi fertur. Altera fuit Scylla filia Phorci, quam Glaucus marinus deus cum amaret, et ab ea sperneretur: adiit Circe ueneficam, petens, ut carminibus suis illam induceret in amore sui. Circe uero Glaucum amans, et ab illo contempta, aquam in qua Scylla se lauare solebat, sic infecit, ut quamprimum Scylla illam intrasset mutaretur in monstrum. Est igitur marinum monstrum superius uirgo, inferius piscis, lupinum uentrem, et caudam Delphinam habens, ut ait Virg. in tertio Aeneidos. Homerus autem ait Scyllam habere sex capita, et duodecim pedes, et more canis latrare. Reuera grande saxum in Siculo freto, contra Charibdin eminus effigiem humanam referens, et collisione fluctuum representans latratus canum.

Scyrus insula in Aegeo, ubi Achilles a matre fuit absconditus habitu muliebri, ne uocaretur ad bellum Troianum.

Virg. Aeneid. 12. 137. 598.

num suam ingressus, et a nemine cognitus: a prociis Penelope uxoris suae multum uexatus est. Quos tandem auxilio Thelemachi filij sui, et subulcorum, quibus se indicarat, occidit et cecauit. Postremo Telegonus filius alter uenosa spina Trigonis piscis Ulyssem ignarus occidit.

Vmbria regio Italiae ad Paeninum, in quo est urbs Spoletum, unde Umbria nunc appellatur ducatus Spoletanus.

Volaterrae, Volaterrarum, oppidum Tusciae in monte situm.

Volsci quidam populus in Latio, uel Campania.

Vranie uel Vrania, dicitur una musarum: quasi caelestis, ab *ou'pando*, quod est caelum.

Vranus pater Saturni, alio nomine Caelus, cui Saturnus filius amputauit uirilia, ut supra Venus.

Vrbinum urbs in Umbria, licet quidam in Piceno dicant.

Vtica urbs Aethiopiae.

Vtinum oppidum Aquileiae, unde Cato Vticensis.

Vulcanus Iouis et Iunonis filius, qui cum deiformis natus esset, nec ei Iuno arrisisset, praecipitatus est a Ioue in insulam Lemniam, ubi secundum quosdam nutritus fuit a Simijs: et ex casu illo factus est altero pede claudus. Dicitur esse faber deorum, qui Ioui fulmina, et dijs arma formauit contra gygantes, nec tamen admissus est ad mensam deorum. Quinetiam nuptias Mineruae petens, repulsam passus est. Unde Virg. Nec deus hunc mensa, et ea nec dignata cubili est. Postea Veneris maritus factus, cum

Virg. Aeneid. 1. 237.

o cum

cum uidisset eam adulterari cum Marte: fecit tenuissimas catenas, quibus ipsos colligauit, ita ut separari non possent, donec ab omnibus dijs et deabus uisi et derisi essent. Est etiã Vulcanus deus ignis, & sepe ponitur pro igne, Inde Vulcanius, Vulcania, Vulcanium.

Vulturnus fluius Campaniæ, cui adest oppidum Vulturnium, à fluuiò sic appellatum.

Vulfinij oppidum Thuscæ, quondam fulmine totum concrematum.

X

Xanthus fluius apud Troiam, cuius aqua pota facit oues ruffas. Nam *Ξανθός* Græce rufum significat. Item Xanthus fuit proprium nomen cuiusdam Troiani. Item nomen equi Hectoris, secundum Homerum.

Xanxij populus Asia, qui ab Harpago præfecto Ciri regis obfesi, uxores, & pueros, & omnem suppellectilem suam arci imposuerunt, & igne abdito cremauerunt: ipsi uero in hostem irruentes uniuersi occisi sunt, teste Herodoto.

Xanthippe Socratis uxor, morosa, & rixosa.

Xenocrates Calcedonius philosophus, academicus Platonis auditor, ingenio tardus, moribus grauis, successit in Schola Speusippo, quam tenuit xxv. annis.

Xenophon Atheniensis philosophus, & dux insignis Socratis discipulus, & Platonis æmulus: qui multa elegantissime scripsit, & inter alia Ciri regis pædiani id est disciplinam. Item Oeconomicon, id est, librum de regimine domus.

Xci

Xerxes rex Persarum Darij filius, qui bellator interpretatur: & Artoxerxes, magnus bellator, cum maximo exercitu uenit in Græciam. Sed Græci relictis urbibus nauali prælio, regem in angusto loco adorti uicerunt, luce Themistocle. Iustinus ait Xerxem in Græcos armisse septingenta milia de regno, & trecenta milia de auxilijs. Item naues decies centum milia numero habuisse dicitur. Victus autem nauili pugna trepidus una nauicula refugit in regnum suum, occisus deinde ab Artabano præfecto.

Z

Zabulon fuit unus duodecim filiorum Israël, & ponitur pro illa tribu Iudæorum.

Zacynthos insula in Græco mari contra sinum Corinthiacum. Virgilius, Iam medio apparet fluctu nemo: rosa Zacynthos.

Zancle urbs Siciliae, alio nomine Messana, nõ procul à Charybdi: unde Charibdis Zanclea cogominatur. Fuit & alia urbs Achaie.

Zeno Eleates, id est, de Elea urbe, philosophus & inuentor Dialectices, teste Aristotele. Qui cum uellet patriam suam Tyrannide oppressam liberare, deprehensus & captus à tyranno, cum torqueretur ut conscios coniurationis nominaret, linguam sibi met dentibus abscidit, & in os tyranni intecit. Alij scripserunt quod aurem tyranni mordens abstulit, & sibi increpans, ad eadem tyranni induxit. Alter fuit Zeno Cisticus uel Cisticensis, auditor Cratis Tebani, & auctor Stoicæ sectæ. Nam quoniã in porticu docebat, dictus est Stoicus, quia

o z

quia



Angelo po
h. f. 559.



ZE

ZO

quia, sōz Græce portum significat.

Zethus filius Iouis ex Antiopa, frater Amphionis,
rex Thebarum.

Zetus uel Zetis filius Boreæ, qui cum Calæ fratre
suo inter Argonautas fuit. Nam Zetus & Calais alati
iuuenes et insignes sagittarij fugasse dicuntur Harpyias
è regno Phinci. Vide supra Phineus.

Zeugma urbs Syriae, ad Euphratem, media quon-
dam inter Romanorum & Parthorum regna. Papinius,
Et Zeugma latine connectio.

Zeusis Heracleotes egyptius pictor, qui cum Par-
rhasio de artificio certans, attulit in coenam uuas à
tam artificiose pictas, ut aues aduolarèt, putantes esse u-
ras uuas. Parrhasius autem attulit uelum tam artificiose
formatum, ut Zeusis uerum lintheum esse putaret, & tol-
li à pictura iuberet. Itaq; Zeusis aues, Parrhasius
sim sefellit.

Zoilus quidam malignus poëta, scripsit contra
Homeri, unde dictus est Homeromastix, id est Ho-
meri flagellū, quæ scripta cum recitasset Ptolemæo regi,
rex indignatus, nullum ei uerbum fecit. Cumq; Zoilus
inopia pressus regem rogaret, ut sibi daret aliquid quo
uiuere, ait rex, Homerus multos pascit, quare tu qui illo
doctior es saltem teipsum pasc. Tandem Zoilus parici-
dij damnatus, iussu regis cruci affexus est. Hinc omnis
quicumque doctis uiris detrahit, uocatur Zoilus. Out-
diuis,

Ingenium magni liuor detractat Homeri.

Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Zi



Arch
Es
Pl